
















DR. ERNST DARMSTAEDTER
No. 75
COLLECTION






IHS
QVID SI SIC?
THEOLOGIA
POLITICA
MATHEMATIC
HISTORIA
PHYSICA
MECHANICA
GRAMMATICA
AGRICVLTVR
MYTHOLOGIÆ
CHRISTIANÆ
sive
Virtutum & vitiorum
vitæ humanæ
imaginum.
LIBRI TRES.
ARGENTORATI
Sumpt. Hæred. Laz. Zetzneri.
suspiciendo despicio.
despiciendo suspicio.
VERVM
BONVM
DISCE AGE SAPE

vid. pag. 19.

Psalm. 77. vers. 2.

Aperiam in parabolis os meum: loquar ænigmata ab initio,

Quæ audivimus, & cognovimus ea, & patres nostri narraverunt nobis:

Vt non occultentur à filiis eorum in generatione altera.



GEOR-

GEORGIUS ACACIUS ENENKELIUS, BARO HOHENECCIUS, SUO IOHANni Valentino Andreæ salutem.



S. P. C. Mythologiam Tuam Christianam sive Apologos, quos ad me nuper, doctissime Domine Ioh. Valentine, misisti, legi, & magna cum animi mei Voluptate legi. Nam etsi res maxime serias agant, contineantque, inventionis tamen novitas, & tractationis elegantia, quicquid in his asperum aut molestũ, moribus nostris lenire, imo gratum insuper acceptumq́; efficere, & sic utile dulci miscentes, omne punctum tulisse videntur. Itaque quod mecum illos communicare voluisti, gratias quidem ago permagnas; majores vero multo habebo, si, quod jure debes, omnibus hoc, & publice impertiri volueris. Quod ut non rogo tantum, sed hortor quoque, &, si licet, impero; ita invidiæ, offensioñisque quam sub vereri videris, securum esse jubeo. Nec enim video, quid in his sit, quod bonos & sapientes

offendere poßit, qui vel ad se non pertinere, quæ dicuntur, vel si pertinent, grate accipienda intelligent. Nam ut nullius sibi erroris, peccative conscium esse, prima perfectionis laus est: ita errores suos agnoscere, ostendentemque illos benigne audire, proxima illi, & præcipue homine digna virtus est. Quod si qui aliter erga hæc comparati affective erũt, horum tu partem, ad se tandem veritate cogente reversam, prioribus accessuram, reliquos susque deque habendos, tanti certe non faciendos, ut in illorũ gratiam tanto bono rempublicam privare velis, putato. Inter prima enim, quæ in genus humanum utiliter conferuntur, errorum vitiorumque eius, à quibus omnis nobis mali est miseriæ origo, detectio atque increpatio est, à quibus ut liberari vel maxime expedit, ita nosse illa, & quam penitißime fœditatem perniciemque illorum cognitam habere necessarium est. Quod quia per nos ipsos præstare, in difficili est, cum ut faciei nostræ maculas sine speculo & monitore, sic animi nævos sine indice libero exactoq; non percipiamus, operæpretium est, habere, qui nobis subinde illa ingerant, & vel blande, vel, si res postulat, asperius, mordaciusque ex-

probrent, id quod circa inveteratos maxime errores maxime necessarium est: imprimis si publici sunt, & radices altius egerunt, quos tanto fortius, liberiusque aggredi oportet, quanto auctoritatis & excusationis plus habent. Adulationi equidem facile patemus, & qui nos bonos dicit, qui errores & vitia nostra defendit, aut etiam pro virtutibus commendat, pronis auribus audimus. Sed hi omnes ipsis pene vitiis amplius nobis nocent, nec aliud agunt, quam si ruentem impellas, aut febri æstuante ipsaque viscera torrente, laboranti Vinum & similia porrigas. Vtile itaque est, habere quam plurimos, qui nos in præceps ruentes retineant, qui à noxiis dehortentur, qui adversus vitia, erroresque nostros omni cum impetu totis viribus, idque variis artibus & armis pugnent, &, si nihil aliud, moram iniiciant, & ad pænitendum spacium laxamentumq; ministrēt.

Quod cum Tu his Apologis, summo ab ingenio & mente, meo iudicio, profectis, egregie præstare poßis: non puto fore, qui non utilißima, & verißima hæc iudicaturus, & grato proinde animo suscepturus sit. Etiam igitur te atque etiam rogo, obtestor, obsecro, ut

 ista,

ista & quæ præterea huius generis habes, primo quoq; tempore in publicū emittas; nihil veritus vel vulgi iudicia, vel improborum calumnias. Ille enim, qui est ipsa veritas, veritatis præconem tuebitur: & quantum illi prement, tantum boni te sublevabunt. Nihil quippe in his esse puto, quod iure quisquam reprehendere poßit: nisi qui ingenii sui perversitatem palam iactare, & errores tam suos, quam aliorum, per summam impudentiam, atq; improbitatem defendere audebit. Quos flocci faciamus, & Christum ducem, nihil respectantes aut trepidantes, secuti, non curemus, quid faciat nobis homo. Tu igitur, vir optime,

Ἄλκιμος ἔσσ', ἵνα τίς σε καὶ ὀψιγόνων εὖ εἴπῃ,

Quibus vale, & me tui amantem porro ama. Ex Goldeccio meo scriptum, die 18. Octobr. Anno 1618.

Illu-

Illustri & Generoso viro,

D. GEORGIO ACACIO ENENKELIO, LIBERO BARONI HOHENECCIO, GOLDECCII *Domino, &c. Domino suo omni observantia colendo,*

S. P. C. Vt elegantissima, ita præclara & cordata sunt, Illustris Baro, Domine generose, quæ ad me perscripsisti. Nam quæ major hoc recondito seculo, ingenuitas esse potest, quam fateri, rebus nostris plurima deesse? quod majus meritum, quam, cui id datum, monere posse errantes, aut liberius etiam, si opus sit, stimulare? Hoc tamen unum doleo, abs Te mihi, Domine, cui vix denegare aliquid licet, eam provinciam, non supra animum, sed longè supra ingenium, tot floridis verbis imponi, ut quod ab aliis expectandum mihi erat, in alios id ipse auderem; quin imo Te ludicrum hocce meum, quod in paucorum amicorum privatam voluptatem mihi excidit, in publicum tot judiciorum conflictum

propellere. Nam dum mecum hinc judicium Tuum, ſed quod nimis liberale, metuo; illinc malevolorũ ſupercilium, quod æquo illiberalius, ſuſpicor, confliƈtantur, & literarum apud me inopia accedit; non deſunt ſanè, quæ retardare & diſtrahere vel debeant, vel poſſint. Pareo tamen, ne in pietatem, integritatem & eruditionem Tuam ſim injurius; non autem ſine literis Tuis, politiſſimis juxta & Chriſtianis, ut tum argumenta Tua difficilibus opponam, tum meum obſequium æquioribus excuſem. Trado itaque hanc Tibi, Generoſe Domine, Mythologiam meam, quam ſicut Tu tantæ laudis vir, ſerena & candida mente excepiſti, ita ego ab omni livore, omnique nigro ſale alienam eſſe, cum Deo teſtor. Tibi ſi placeat, ſique ludos faciat, quod per luſum & ſucciſiva mea deproperatum eſt, ſupra ſpem ſuam beatum erit, & moroſum Leƈtorem tam devitatum, quam non offenſum voluerit. Chriſtus nos regat, ut vel ſerio, vel, ſi id nemo ferat, ſacris ludicris ipſum exprimamus,

inſi-

Insinuemusque hominibus tale quid nihil cogitantibus: quem T. G. porro propitium exoro. Vale in eodem, G. Baro, & per infima Christianorum enitere. Vaihingæ, 1. Ianuari Anno 1619.

I. G. T.

Humiliter colens,

Ioh. Valentinus Andreæ.

SALVE, CHRISTIANE
LECTOR.



Vicunque res humanas ausi sunt vel examinare, vel emendare, ne illi homine aliquid majus videntur aggressi. Nam ut illud non est, nisi ingenii per infinita rerum versati, & veritatis sagacitate undiq; adjuti; ita hoc animum vult non ad clamores tantum tumultuarios obturatum, sed minas etiam, imo cædes obstinatum. Quæ quidem sors mortalium tanto est infelicior, quanto nos durius exercent publici errores, quibus dum cunctorum & ingenia & vires deserviunt, nihil tam potest audaculum & temerarium excogitari, quã ire aut obloqui adversum. Nec enim vel Hæresis *ulla invaluit, aut* Tyrannis *excrevit, aut* Barbaries *emersit, quin laudes suas cum innocentissimorum aut infamia, aut strage invenerit. Hinc mirari haud raro contingit, unde illa generosioris animi veluti violentia esset, qua haud pauci in mediis periculorum exercitibus, verum bonumq; profiteri, & exprobrare aberrantibus cæcitatem, simul ac provocare hæsitantes ad meliora auderent. Nam si id* Philosophiæ *tribuamus, cujus lumine ad exactiorem rerum, morumque inspectionem admittamur, ejusdemque contemplationem alios afficere, alios convincere posse facile confidamus: tamen quod ea nos in summis*

rerum

rerum fastigiis destituit, nec sane ab humanis fabulis inquinata non est, nunquam hanc laudem cum dignitate tuetur. Vnde ad Christianam Religionem *facile devolvimur, ut hoc inusitatum robur et gratum referamus, cujus Princeps* Iesus Christus, *omnis Veritatis & Bonitatis Cor, artus suos, membra & articulos ita agat, regatque, ne unquam in his Vanitatum, præstigiarumque tenebris sacra Ecclesiæ compages obdormiscat, vel immoriatur. Ita enim Euangelium Christi omnes hominum ordines, studia, mores, laboresque inclamat, ut Tyrannos pungat, hæreticos turbet, Epicureos rodat, Sophistas pudefaciat, Vanos rideat, dissolutos corripiat, omnes intime tangat, quicquid universus sese mundus opponat. Euangelii quippe ea est Sapientiæ acies, quæ acumen rationis humanæ non hebetet tantum, sed plane dissecet: is Fortitudinis chalybs, qui, quæ Natura habet adamantina, facile perfringat, ut omnino quicquid invictũ Orbis noster universus habet, ei uni ascribamus. Cæterum in eo valide reluctatur* Mundus, *quod Vires imbecillitati, Hypocrisin pietati, fallacias simplicitati, verba operi, consuetudines legibus, glossas Verbo Dei opponit, quibus cum suos in fide vel servitute potius retinet, tum reluctantes variis imposturis cohercet, ut mirari denuo libeat, qui unquam Veritati hiscere licuerit. Quot enim fidelium testium prioribus, sed & recentioribus seculis myriades in hac bona causæ pugna occubuerint, referre quid opus est, cum Dux ipse sive su-*

 ve su-

ve supremus Imperator Iesus *boni publici nomine interemptus sit? At quia is idē gloriose resuscitatus succumbendo vicit, facile hoc paradoxum nobis explicavit, qui nesciendo & patiendo Christiani omnem hujus terræ subtilitatem, importunitatemq; sint aliquando superaturi. Hæc talia cogitanti, cum multis ab hinc annis inter juveniles animi æstus atque errores vincula mihi humanarum Consuetudinum quotidie graviora esse, atque mox sordere inciperent, non defuit quidem reluctandi subinde conatus, sed spes abjicienda tantæ molis identidem destituit, quod & ingenium mihi & vires Deus negasset, &, qui eodem mecum carcere detinebantur, plane acquiescerent. Accedebat* nominis Christiani *reverentia, quo omnia nostra delicta obvolvuntur; tum beati nostri seculi fama, qua reliquis cunctis antefertur; denique imminentis Iudicii expectatio, ad quod omnia nostra intricata merito deferimus. Suspicabar,* Religionis *sinceritatem humanis rationibus dilui; at cohibebat Antistitum Conscientia*: Politiæ re*ctitudinem nimia quorundam licentia curvari; at dissuadebat Regentium humanitas*: Eruditionis *complexum esse fama arctiorem; at occurrebant voluminum strues*: Morum *consuetudines nimium excusatas; at retinebat tot ætatum historia. Itaque non poteram non succensere mihi, cui cum Natura minus conveniret, & rerū voluptatem ipse mihi inepta quadam amaritudine permiscerem: Viverem potius ad eas regulas, quas u-*

sus

sus diuturnus iam approbasset, & quas diligentissima humani cerebri indagatio post tot experimenta nobis & tutissimas, & facilimas reliquisset. Interea tamen ut me prius audirem, & proderem, dein vel mihi ipsi, vel prudentioribus corrigendum traderem, quadam internarum agitationum in chartas conjicere visum, & cum paucissimis admodum ex familiaribus conferre. Ii, quod ingenuorum est, aliqua improbarunt, nonnulla probarunt, reliqua aliis dijudicanda reliquerunt; sed qui haud fuere eadem ingenii aequitate. Quid enim Deum immortalem! contra haud dicam expectationem, sed mentem & animum meum non est effusum, ut, quae apud me vel ignota, vel dubia erant, multorum impietas, improbitas, & imperitia, iam mihi plane ac cum stupore meo constiterint? cum alii ad Lutheri, viri Sanctissimi, injuriam referrent, si quis requireret virum bonum, & argutiarum impatientem: Alii, turbari Rempublicam, clamarent, si germana integritas revocetur: Alii, expelli literas, nugarentur, si minus esset literonum: Alii alia calumniarentur, conquisitis ad id odiosissimis titulis. Hic equidem in mentem venere tot fortissimi Athletae, quos nihil potius stimulavit, quam recti conscia mens, contra tam impudentes & importunos impostores, qui nunquam creduntur usque adeo perniciosi in Rempublicam animi, nisi leviculum quid in ipsis reprehendatur. Tum plane impotentes ita efferverscunt,

 vescunt,

vescunt, ut facile, quod reliquum est, impietatis mysterium prodant. Videas eos pro caremonia, ritu, syllaba non aliter, quam pro aris & focis dimicantes, donec paulatim denudati, risus & fabula vulgi fiant. Id vero, quam possunt, cavent leoninis pellibus induti, ne pauciores habeant, quos ruditus terreat. Ego tamen, quod nunquam literarium Theatrum animo arrideret, facile me sum passus scena eiici, posteaquam cum Socrate Aristophanis nubes coram constanter spectavi, vel, quod me magis decet, cum Christo meo ad tot putida mendacia obmutui. Eant illi, ac Deo se, suisque conscientiis purgent. Eant, & suasmet querelas resorbeant. Eant, & tot spectatorum, tot auditorum oculos, auresque obturent. Mihi vero exiguum sit, habuisse iratos, quos nunc convictos habeo, non quod ad meas nugas quisquam mortalium sit examinandus, quæ nec eruditionem, nec rerum usum ullo modo redolent, sed quod non ea, quæ reprehendi facile possunt, stilus, methodus, inventio, &c. *Verum* Christi exemplar, vox, atque Crux *contumeliose ab iis habita sunt, & exibilata, quæ tamen mira loquacitate omnibus fabulis suis obducunt. Exinde decretum erat, obticescere, & abolere meas animadversiones, quod & immaturæ nimis essent, & minus elaboratæ, talesque omnino, quæ etiam bonis cordatisve nauseam facere possent. Qui enim dissi-*

mulem

mulem meam rerum omnium ignorantiam, cum in hoc formosissimo Divinæ machinæ amphitheatro ne nomenclaturas rerum possideam, cum mei ignarus oberrem, cum vix titulos tot homini concessarum scientiarum inspexerim? Sed exciderunt tamen aliqua, nescio an vigilanti, an somnianti, ut est talium meus neglectus, ac, quod mireris, reperti sunt, qui extemporaneas cum Mundo velitationes intuerentur, homines natalium splendore, functionum amplitudine, literarum excellentia, morum integritate planissime illustres, quorum æquitati, omni livore amoto, benigne me audire, candide interpretari, & efficacissime consolari, est visum. Numerare possem Proceres generosissimos, Theologos religiosissimos, Politicos conscientissimos, Eruditos acutissimos, quibus hæc Christi imitatio digna visa est, quæ multorum pectoribus imprimeretur, nisi mihi unus ille Archetypus, Christus, ad pudefaciendos irrisores sufficeret. Laudandus tamen est Deus, cujus Spiritus verus contra mendacii, certus contra vertiginis, solidus contra lubricitatis Spiritum perpetuo dimicat, & has sibi sedes eligit, quæ etiã invidiæ Mundi opponi possint. Eos nobis ut servet, augeatq;, orandus devote est, ne dum falsam nobilitatem admiramur, fictam religionem reveremur, inhumanæ Politiæ servimus, & vanissima literatura imbuimur, eos perdamus, qui rerum optimarum laudatissimarumque dignitatem atque decus nobis sarta conservant. Nam ut in multis a veterum virtute ætas nostra descivit,

ita

sta hoc nomine difficilior est, quod mire sibi placet, & illustria majorum ingenia quam infelicissime amulatur. Vnde multa nobis & multos fama obtrudit, qui, si appendantur, atomos possis Democriti dicere: tam parum ad pondera prisci avi faciunt. Atqui jurare illos audias, nihil se esse vel sanctius, vel aquius, vel ingeniosius. Si cerebri monumenta intuearis, molem habent congesta, sed emortua terra: Si mores, multum ubique titulorum & caremoniarum, cordis nihil: Si religionem, verbis nihil sanctius, opere nihil aque prophanum; quales ad vivum depinxit Vir divino zelo, & pia solidaque literatura Reverendus, Iohann. Arndus, sed ob id haud digne, quin imo Mundo condigne habitus; quales olim exercuit D. Iacobus Andrea, vir sua atate invictissimus, sed perinde ab hostibus & fratribus iniquissime habitus; quales ille Sanctus Heros, Lutherus, est expertus, omnium monstrorum domitor, sed in his maxime anhelans. Hac enim demum lucta maxime Herculea est, cum optima, simplicissima, rectissimaque ab iis, ubi minime expectabas, detorquentur: ut vir pius, hareticus; vir probus, rebellis: vir eruditus, barbarus; vir candidus, fatuus audiat, & his nominum terriculamentis vulgo imponatur, quo is incomposito clamore & strepitu sese opponat. Qui integra mentis dolor nisi à Deo ipso Spiritus fortioris afflatu leniatur, & paucorum aliquot, sed solide bo-

norum

rum applausibus, hortaminibusque mitige-
r, arma abjicere, fugam capessere, specus
igere, hominibusque plane irasci multis per-
asit, & fortissimos quosque tentavit. Usque
deo miserum est, Mundum medicare; cujus si
t morbi essent, quot homines, tolerabile id fo-
t, nec certa desperationis: at in eodem homi-
 tot symptomata quotidie animadvertere, ut
sciat, quid tibi, ne dum fratri credere possis,
 vero est serio deplorandum. Nam quæ ferven-
ssima sunt, facile tepescunt; quæ candidissi-
a, obfuscantur; quæ limpidissima, turbantur;
æ simplicissima, permiscentur Mundi con-
gione, quæ nullo etiam nostro sensu inficit,
 se insinuat. Exemplo nobis esse possunt D. E-
smus, & Philip. Melanchthon, divina uti-
ue & illustria ingenia; sed minus ad Mundi
tus obstinata: cum interim D. Lutherus, &
oann. Brentius omnia perfringerent. Ita hodie
uisquis de Mundo bene sperat, quisquis latum
nguem cedit, jam sui partem prodidit. Nec e-
m vulnus ullum pectori sacrato infligere po-
st, nisi blanditiis vel promissionibus: minæ
agæque omnes, velut in solido, resiliunt. Præ-
at autem quosdam habere pugnæ socios, ne
m vires nobis subinde deficiunt, & sudor
rnis Spiritus robur extenuat, alii atque alii
dintegrare eam possint. Quo certe consilio Deus
ptimus singulis seculis aliquot simul Athletas
citavit, qui succenturiare sibi invicem pos-
sint;

*sint: quoniam unius hominis nec esse vult, ne decet ultra humana facinora præstare, ut membra nos perpetuum, nunquam capita agnoscamus, eosdemque in varias terræ plagas dispersit, ut undique Veritas & prostare possit, & eundem Spiritum admirabili consensu probare. Neque enim ullus est terræ angulus, ubi Deus non spiret; neq; mundus unquam tam erit spissus aut densus, quem transpirare Cælicus afflatus non possit. Hinc videas inter medios streperos, silentes; inter duros, mites; inter superbos, humiles; inter ebrios sobrios; inter libidinosos, castos; inter avaros, liberales; pene dixerim in lupanaribus pudicos, in adytis lenones interdum reperiri, in cauponis jejunia, in fanis Bacchanalia haberi; orare prophanos, blasphemare Sacros: usque adeo Christus ubique bonus est, Mundus scelestus ubique; ut diffidere Deo nunquam, fidere Mundo nunquam lic*eat. *Hæc apud te præfari libuit*, Christiane Lector, *ut audires, quibus gradibus ad hoc inusitatum scribendi genus pervenerim: Excitavit nempe dubitatio, edocuit experientia, confirmavit bonorum consensus; sed mox excepit malevolentia, irritavit impudentia, sedavit rerum humanarũ contemptus; iterum evocavit generosus candor, qui inter medios Mundi turbines hinc inde dispersus inclamavit: cu*[m] *ut parerem, hac Mimica, sed innoxia vest*[e]

prodi[i]

[...]odis, ut risum potius caperatis illis move[...]m, quam bilem. Volui autem velut per lu[...]m hominibus ostendere, quomodo Divinitas, [...]ve summum illud verum & bonum per omnia [...]umana se diffuderit; quomodo homo ex hoc [...]o carcere ad illud contendat & eluctetur. [N]am hic Religio, sive mutuum inter Deum & homines pactum urgetur: hic Probitas, si[v]e hominum inter se ligamentum exigitur: hic [E]ruditio, sive animæ nostræ excellentia com[m]endatur. His tribus, veluti fidibus, vio[l]um meum constat: in his per tot & varias [c]ompositiones oberro, quas, si rei Christianæ [e]xpediret, in infinitas nullo labore continua[v]erim: usque adeo facile est, nos debiti nostri [m]ultipliciter admonere. Duo tamen hominum [g]enera admodum extimesco, nimios Rhetori[c]os, & [illegible] D[illegible]cos; quorum illi mi[h]i persuasum volunt, quicquid volunt; hi ex [...]ne factum volunt, quicquid volunt. Nam [c]um illi inter credulos jam emerserint, & ob[t]inuerint, nihil erubescunt jam mihi persua[d]ere, Lupos sibi indixisse jejunia, Vulpes [c]um anseribus reconciliatas, graculos in lusci[n]ias transmutatos, & quid non? frigere i[g]nem, urere glaciem, dealbare carbones, ob[f]uscare cretam; omnia suo loco, suo ordi[n]e, sua perfectione esse: quibus si oculos, au[r]es, nasumque oppono, indignantur, audere

quen-

quenquam obloqui, aut de religiosissimo, probatissimo, ingeniosissimoque seculo *conqueri. Hi vero adhuc iniquiores sunt: Nam non satis est, acutissimis Syllogismis mihi cornua affingere, sed perduellem etiam, & hæreticum facere nihil tale advertentem possunt. Sic enim argumentantur*: Gradus non sunt indignis conferendi: Ergo posthac omnes Ordines commiscebimus. Studiosi sunt in linguis erudiendi: Ergo ad Garamantas ablegabimus. Sumptus non sunt prodigendi: Ergo non nisi sutores posthac habebimus. Titulorum catenæ sunt barbaræ, Ergo, Carolstadiani in posterum erimus. *Amplius*: Homines non sunt pecudum instar habendi: Ergo nemo herus ultra erit. Corpus non est saginandum: Ergo nosmet suffocabimus. Proximus est diligendus: Ergo Fraternitatem aliquam ordiemur. Libertas est appetenda: Ergo omnes muros perfringemus. *Amplius*. Noli blasphemare: Ergo Anabaptista es. Noli semper epulari: Ergo Papista es. Noli mœchari: Ergo Enthusiasta es. Noli nugari: Ergo Svvencfeldianus es. Noli idola colere: Ergo Calvinianus es. *Quo me vertam? Omnia ero, si hæ* Conclusiones *non tam sunt falsæ, quam illi verissimas jurant, verissimas in publicum emittunt. At ego tales citius homines nihili, & Reipublicæ pestilentes Viris cordatis tum persuaserim, tum concluserim, qui nihil*

nihil erubescunt, contra suam & totius Auditorii conscientiam, hominis eundem Deum colentis, ejusdem Christi characteres ferentis, eundem Spiritum spirantis, eandem Religionem profitentis, easdem leges agnoscentis, eidem patria servientis, idem Cælum sperantis, innocentiam *nondum auditam, atrocibus & virulentis conjecturis, conclusionibus, & condemnationibus impetere; nisi me infamia eorum misereret, qua jam iam apud Christianos omnes, ob prophanum facinus laborant. Hi nempe fructus sunt temerarii iudicii, ad quod Satana instinctu, carnisque nostra superba praiudicio properamus, quo à Christo nostro abimus remotissime. Nam quicquid inspicimus, aut degustamus, aut obiter percurrimus, imo quod ab aliis accipimus, denique cuius interdum nihil omnino nec vidimus, nec audivimus, id maxima virulentia dijudicamus, & ob unum alterumve vocabulum sinistre intellectum ad orcum deiicimus, vel sane, quantum per nos licet, in visum reddimus: cum paulo post appareat, quam turpiter decepti, abrepti, prostituti etiam nostra stulta divinatione simus, quam facti in alienã integritatem cæco impetu iniurii. Itaque sic sentio: nunquam nos iniquiores, quam cum conscientiis dominari; nunquam infeliciores, quam cum liberas linguas cohibere; nunquam ineptiores, quam cum cordis penetralia scrutari; nunquam magis temerarios esse,*

quam cum ignota nobis & inexplorata iudicare volumus. Nihil enim æque pronum est, quam à pessimo decipi, & de optimo quoque male suspicari. Malum namque scrupulosius æmulatur bonum, quam bonum mali similitudinem evitat. Hinc candor, veritas, libertas, rebellioni proxima videntur: Hypocrisis, impostura, adulatio, obedientiam summam referunt. De me id aio, pudere, & tædere, quod de ullo homine unquam iudicaverim, cum nesciam, an rem aliquando tetigerim, certe plerunque longe aberrasse sciam. Id puto aliis etiam evenire posse, qui utinam & agnoscerent periculum, & imposterum evitarent. Quæ contra me ipsum dicta & conclusa sunt, nunquam me vel procul tetigere: qui mentis errores veri fuerunt, latitarunt. Quid si in aliis idem fiat, & Deus velit nobis ita illusum, ut, quæ in propatulo sunt, non videamus; de absconditis vero ridicule nugemur? Amemus potius, quæ una res dona nostra amplificat, nævos extenuat, secreta elicit, & manifestis delectatur: nam dum odimus, nec bonis proximi utimur, nec mala eius evitamus, nec arcana assequimur, neque patula dextre ob internum nostrum morbum iudicamus. Sed desino, Christiane Lector, *& me tibi commendo, quem spero non fore ex iis, qui verissima negare,*

certis-

rtißima disputare, impudentißima committere, & in sordidißimis triumphare non erubescunt, quorumque vox una atque perpetua est: Crede, tace, da, tene, sequere, ma-, fer, patere, *& quæ sunt alia tyrannicis vel religiosæ vel prophanæ verba: sed qui animo candido, & nequaquam livore occupa-, quod in his meis iuvenile, castiges; inelegans polias; dubium solvas; erroneum corrigas; durium mitiges; verum probes; bonum facias; mancum suppleas; &, quid me posthac velis, moneas*; qui Augustanæ Confessioni in Concordiæ Formula repetitæ addictissimus, CUM EA OMNIA MEA CONSENTIRE VOLO, ET DISSENTIENTIA REPROBO; *quique tam sum amicæ admonitionis, & fraternæ Correctionis avidißimus, quam atrocißimarum Calumniarum contendo esse patientißimus. Oro te itaque per Christum nostrum, ut si quem in me concepisti amoris candorisque puriorem affectum, eum ad emendandum me, dirigendum, stimulandumque in Domini via adhibere velis, ut per hæc tyrocinia mea, te coiute, te etiam manuductore, ad masculæ* CHRISTI *nostri exercitia ascendere, & adversas mundo partes, qua ore, qua*

stilo,

qua stilo, qua opere, tueri, denique inter fideles Crucifixi *servos, numerari aliquando queam. Vale in Christo, Christiane Lector, & aquitate proſice.*

I.

APOLOGORVM CHRISTIANORUM MA-nipulus primus.

Seneca.

Eodem prato homo Florem quærit, bos herbam, canis leporem, ciconia lacertum.

I. AEQVILIBRIVM.


OLENT HOMINES PESSIM
more, ſi quem amant, omnia eju
etiam nugamenta, admirari; ſi qu
exoſum habent, omnia, etiam lau
dabilia, abijcere. Huic remedium allatura Ph
loſophia, Morum regina, bilancem ſuſpendi
rationis atrio juſſit, hominisque hinc bona, i
linc mala librare, ut, quæ pars alteram deprim
ret, homini vel laudi, vel vituperio foret; præf
citque bilanci Archimedem, Statices peritiſſ
mum, ne ullâ parte iniquius judicium vulgi i
valere poſſit, & innocentem onerare. Sed parùm
profecit Philoſophiæ ſolicitudo, nec perſuade
hominibus potuit, ut laudarent, quos culpan
dos; aut reprehenderent, quos ſuſpiciendos ſi
ſumpſerant. Uni ex verioribus Chriſtianis fac
lè aſſenſerunt, cùm bona quæque S. Spiritus mu
nera honorarent; mala quæque, velut Satan
inſidias, commiſerarentur, ac inter hęc fratre
ſive proximum ſuum, qualiſcunque is eſſet, pa
tienter ferrent, & prudenter emendarent. Inte
rogati, quî poſſint hoc carnis paradoxũ ſibi im
perare, reſponderunt: *Facilimè: Eſſe enim cunct
homines beneficos, bonos amabiles, malos notab
les, amicos comites, inimicos præceptores,
apertos convivas, fucatos
vigiles.*

2. *ALCH*

2. ALCHYMIA.

ARs illa divinitatis æmula, quæ tarda Natu-
ræ incrementa corrigens, ingeniumq; Solis
nto & vitali calore imitans, Mercurium, me-
llorum omniũ Embryonem, per altiores sphę-
s ad sublime auri fastigium agit, cùm profun-
um patrimonij alueum exhausisset, sordere ce-
t simul & esurire. Unde à modestioribus irri-
; petulantioribus, maledictis petita; severissi-
is, pœnas merita judicata est. Accedebat adul-
ratæ monetæ, imposturarum, aliarumq; frau-
um suspicio, quæ decoctores frequenter comi-
ri solet. Interrogata tamen, quî felicissimus
uluis per tot artes, tantamque solertiam natus
am jejunè pasceret? Illa suspirans, & Philoso-
horum involucra, & vitream vasculorum fra-
ilitatem, & cœli tardiorem concentum, & ter-
æ impuriores mixturas accusavit. Quæsita, quî
naledicæ plebis contumelias ferret? respondit;
Nudâ spe, & curiosi animi voluptate. Interro-
gata, anne doleret sumptus perditos? Subjecit:
Gratis in Naturæ secreta nemini pervadendum.
Quæsita, quid nunc ægerrimè ferat? respondit:
quòd cessantibus opibus sacer ignis quoque ca-
dat. Interrogata, quid tandem reliqui haberet?
respondit, Medicinam, qua famæ; mendicita-
tem, qua fami consultura; sed & menda-
cium, quo simplicioribus fumum
venditura sit.

3. ANTIPATHIA.

HAbet Natura suas debitas laudes, tum ob salutaria rebus creatis indita, tum maximè etiam ob Alexicaca venenatis & pestiferis opposita. Eas verò meritò exolvit homo, creaturarum sive princeps sive interpres: unde, laudatissimo instituto, anniversarium gratijs Naturæ agendis indictum est. Ibi preter alia acceptum ferimus Naturæ conditori, quòd Tyrãnis opposuerit tragicos casus, qui superius in alicujus judicij reverentiam incutiant; & Atheis miracula, Satanæque æmulationem, quæ Deum esse evincant; & Absconditis conscientiam, qua internè rodantur; & Sciolis Naturæ abyssos, quarum ignoratione pudefiant; & voluptuarijs morbos, unde in medio impetu coherceantur; & Avaris fortunam, cujus malignitate inopinatò evertantur; & Ambitiosis risum, cùm alijs haud paulò fiant habeanturque minores; & Superciliosis libertatem, cujus invicto robori nullum infame silentium, nulla turpis adulatio, nulla stulta credulitas, nullum sceleratum seruitium imperari possit: Denique Satanæ potentiæ Crucem, qua armatus Christianus, veluti Hercules, clavâ, omnia infernalia monstra debellare valeat.

4. ARABICA LINGVA.

UT artium inter se, ita & linguarum perpetua est & implacabilis invidia atque æmulatio. Nam, quia Logica auram popularem obtinet, Physica & Mathesis spretæ ringuntur. Sic quia

Latina

atina lingua ubique insolenter se effert; Græ-a, Hebraica, Arabica, & aliæ haud paulò anti-uitate nobiliores, sui contemptum iniquissimè erunt. Nuper sanè in apertum conflictum, clan-estinum odium erupit. Nam cùm Arabica lin-ua aliquot tyronum, ac inter eos laudatissimi licujus senis, institutionem tribus tantùm mẽ-bus absolvisset, idque publicâ fide testaretur, on potuit abstinere, quin Latinæ linguæ, ma-evolæ suæ, cùm socordiam, tum malam fidem xprobraret, quæ juventutem immenso sumptu er decennium & ampliùs distineret, nec post nfamem illam moram operæ & impensarum retium, nisi rarissimè, ostenderet: Insuper nisi ocabulis & formulis ad tumorem usque inge-tis nullâ rerum elegantiorum, rariorumq; co-nitione, nisi paucos adimpleret, ac omnino ræter coaxare, sapere nihil, aut scrutari Mun-dum edoceret. Quæ ut audivit Latina lingua, ihil commota effusè risit, &c. ô misera, inquit, uàm frustra nugaris! Nam ego mihi jam du-dum homines ita devinxi, ut si seculum phrasi-bus meis impendendum sit, breviusculum id Grammaticis videatur: quoniam id jam usu re-ceptum, ut quisq; vel balbutiat latinè, ex publi-co alatur.

5. *ARNDVS.*

JOh. Arndus vir Christianæ justitiæ exactus custos, cùm in provinciâ suâ bonorum ope-rum tributa diligentiùs exigeret, accusatores suos reperit. Nam cùm quorundam Præsidum

conniuentiâ leges virtutum laxarentur, & Ærarij charitatis inopia in carnis sterilitatem conijceretur, permultis ea vivendi ratio allubuit, quòd satis esset, se Fidelem subditum pronunciare, de cætero suo modo vivere, nihilq; in publicum conferre Itaque Arndus, quòd antiquissima jura, constitutiones, legesque quasi erueret erosas perpoliret, easque omnino servandas graviter imperaret, jam intolerabilis creditus, Sophistæ, Hypocritæ, & Epicuri calumnijs petitus, causam dicere coactus est. Ac tum patuit quàm Deo curæ integritas, vitæque rectitudo esset. Ita enim subito bonorum passim omnium animi ad Arndum conversi sunt, ut probato undique disciplinæ servandæ instituto, nihil pronunciare necesse fuerit; sed publico consensu oblatrare huic homini facinus & opprobrium sit creditum.

6. ASTROLOGIA.

ASTROLOGIA, quæ aëri, terræ, mari, eorundemq; incolis severissimis legib9 imperare solebat, ac humano inprimis generi dura atque inexorabilis credebatur, cùm nuper Christianorum gregi nescio quid tributi imponeret, turpiter explosa est. Est autem hoc hominum genus jam ab antiquissimis Israëlitis non tam contra auguria, aruspiciaq; & per similes sortes, sed & ipsa astra contumax, & imperij absoluti impatiens: Unde ad paganos etiam vicinos contagione serpente nonnullis cordatioribus defectionem persuasit. Id ægerrimè tulit Astrologia, cumque trigonos suos, quadratos, sextiles, oppositiones, cũctosq;

aspectus

pectus exarmasset, & Castrorum schema διάδεμοιρον, Christianis adversum locasset, bellum ...làm indixit, imbribusque, grandinibus, fulminibus, & meteoris alijs limites vastavit. Sed Christus, convocatis in Fidei propugnaculum ...is, securos esse ac bono animo jussit. Nam si maximè pereat, quicquid extra muros; hanc tamen arcem invictam; sed & annonam ad huius vitæ periodum sufficientem esse: Hac se continerent, qua si egrederentur, non per se ultra stare, ne à Marte, vel Saturno, vel Venere, vel Mercurio interimantur.

7. BERMANNVS.

Laurentius Bermannus, vir non minus literarum, quàm rei metallicæ peritissimus, cùm ex profundissimis puteis & subterraneis regnis ad superiores enixus esset, visurus, quid Martyrum Ruffini atq; Albini ossibus, tàm insano labore & reluctantibus Dæmonibus, per tot machinas effossis extractisque honoris fieret; rebus exploratis, plurimùm confusus est. Nam cùm videret, variè eos, prout in homines inciderent, puta superstitiosè, prodigè, impiè, sordidè, impurè, nugaciter, serviliter; rarò liberaliter & decorè; religiosè quàm rarissimè haberi, obstupuit tanta pericula, fœtores, & Sisyphia veluti supplicia,

——ubi, Dite viso,
Pallidus fossor redit, erutoq;
Concolor auro:

Ob id unum sustineri, ne unquã malefaciẽdi irritamenta desint, & vita nostra fabricandis Lethi instrumentis atteratur: itaq; se jam posthac nec

Mari ſuccenſere, quòd temerarios homines de-
glutiat; nec Berchtoldo Nigro, Bombardarum
inventori pernicioſiſſimo, cùm res innoxiæ, &
ſuâ naturâ perutiles, hominum malitiâ in me-
tormenta, venena, onera, & infelicitatis cuncta
ſpecies, non Chymicâ arte, ſed Midæ ſtoliditate
convertantur.

8. *BESOLDVS.*

CHriſtoferus Beſoldus, qui nihil neſcire cre-
ditus eſt, poſtquam Divina humanaque pro-
pemodum omnia evolviſſet, inopinato auſu o-
mnem ſcientiam ejuravit. Id variè acceptum
ab æquiſſimis modeſtię aſſcriptum eſt & collau-
datum. At ille feriò id amovit, faſſusque eſt ite-
rum atque iterum, ſe nihil ſcire. Nam in illâ va-
ſtitate rerum humanarum ne titulos quidem in-
finitarum ſpecierum perlegiſſe, tantum abeſſe,
ut naturas earum penetrârit. Satius itaque eſſe
ad Chriſti incunabula & pręſepe cum ſimpliciſ-
ſimis paſtoribus properare, quàm hac noctis ca-
ligine, & aëris intemperie, inter ovium balatus,
& canum latratus, luporumque inſidias, fœto-
riſque graveolentiam, ad caulas vigilare, horre-
re & frigere. Stetit ſententia: at non ubique ob-
tinuit. Riſerunt enim ſacrificuli: blaterarunt
Vocabularij: increparunt Politici: murmurarunt
rabulæ: perſtrinxerunt pinguiculi: dijudicarunt
ſupini. Cumque publica eſſet fabula, ille nihil
commotus, nihilque mutatus: præſciebam, in-
quit, quid oneris mihi cum Chriſto impoſue-
rim.

9. *CA.*

9. CALVMNIA.

Calumnia, triceps, mordacissima bestia, dum sibi, proximo, & auscultatori nocere satagit, [q]uemcunque officij sui iter facientem conspi[ca]t, magna ferocitate invadit. Ejus verò hæc est [na]tura, ut minùs acuminatos dentes habeat, mi[nu]sque rictum stringat; unde, si quis corpore so[li]dior, dentes parùm imprimat. Sed caudam ha[be]t productam, quam per impura trahens, & ob[sc]œnis inquinans, ijs infligere solet, quos lædere [n]on potest, atq; vel vultum ipsum, vel sanè ve[st]es maculare. Novit autem has sordes apud [pl]ebem noxam esse, & invisam reddi ipsam etiã [in]nocentiam, neque facilè detergi posse hanc [sp]urcitiem, maximè si occipiti aspergatur, cùm [n]emo vel spongiam suppeditat, vel abluendi o[p]eram suam addicat. Accidit, ut in Peregrinum [te]rræ, sive hospitem incideret, ac nequicquam [te]ntatis dentibus, more solito hæreseos, rebelli[o]nis, curiositatis, diuagationis, maledictionis, [d]issolutionis, ignorantiæ, imposturarum, singu[la]ritatis, &c. stercore contaminaret: quod ægrè [fe]rens homo candoris, nitorisq; Christiani stu[d]iosissimus, cùm hospitalitatis humanæ jus ad [n]avim usque surdis inclamaret, patientiâ in justã [ir]am versa, flagellum ex vero liberoque contor[t]um apprehendit, bestiamque à cauda ad aures [u]sque egregiè diverberavit. Quæ ululans & A[c]heronta movens, cùm ubique rideretur: Eheu, [i]nquit, quàm durum est, post aliena falsè clan[c]ulum traducta, mea verè publicata exaudire!

10. CAMPANELLA.

THomas Campanella, insignis artifex, Archimedeæ machinæ æmulatione, automa monarchicum fabricavit, quo motus Solis ab Occidente orientis ingeniosè repræsentaretur: idq; *Philippo 2. Hispano, &c. cunctarum gentium pacis parenti, inter totius Orbis monarchas potentissimo, Numine Dei electo ad sparsa imperia congreganda, &c* dedicavit. Jucundum utique spectaculum, cum Galliæ, Germaniæ, Italiæ, Angliæ & persimiles rotulæ sese mutuo insigni artificio exciperent, & Punicum illud Solare corpus supra horizontem elevarent. Id opus Indico auro fulgidum, & Morphei penicillo variè pictum, cùm ad Magnum Mundi Monarcham Albani & similiũ aliquot ministerio deferretur, cùm importunum mare Anglicum vix evasisset, nescio quo infelici casu rheda, qua vehebatur, in medio Belgij corruit, opusque inæstimabilis pretij perfregit. Qua ministrorum negligentiâ supra modum irritatus Philippus, cum frustra Occiduí Orbis artifices implorasset, justo dolori, decentique pudori aliquandiu indulgens, tandem in summi artificis, DEI, sapientissimâ machinâ acquievit.

11. CARDINALES.

THomas Wolséus, Carolus Lotharingus, & Antonius Perenotus, orbis Christiani turbatores Cardinales, & malorum Triumviri, ex Orco in terras emissi, ut pacem publicam Plutoni tantopere noxiam disturbarent, ut primùm

lucem

ucem aſpexerunt, magnâ trepidatione ad ſup-
licia ſua retrò properarunt. Nam ſeculi Luem
ntuiti, unde tot Politicorum examina, legiones-
ue fœcundo incubitu producuntur, cùm om-
ium etiam impuberum ore *ragion di ſtato* per-
onaret, religio, integritas, fortitudo, &c. ſorde-
cerent, ſibi inter tot ſcorpiones metuentes, ni-
il ſuâ præſentiâ, nihil conſilijs aut novaculis
pus, omnia univerſalem aliquē interitum mi-
ari, conſtāter aſſeverarunt. Nam decrepito hoc
c deliro ſeculo jam non ampliùs infernales por-
as circa *cardines* verti; ſed deiectas Politicorum
impreſſis diductiſſimo rictu immenſam turbam
ntromittere. Id audiens Pluto: validè, inquit,
dminiſtris meis obſtringor. Nam ut Cardina-
ibus debeo Carbones; ita flabellis hiſce Politi-
is flammas.

12. CEREBRUM.

THomas Garzonus, celebris & perdoctus Mi-
mus, cùm ludos ederet, voluit & theatrū ſuo
ngenio extructū, & ſpectatores nō niſi ſuo arbi-
rio admiſſos. Itaq; nec Romani Curionis verſa-
ile, nec Zvingeri portatile placuit; ſed plumeū
olatile theatrum allubuit. Ei affixit varia inge-
ia, bona mixtim malaque, hinc quieta, bellico-
a, læta, faceta, arguta, aſtuta, vivacia, ſubtilia,
ntelligentia, virtuoſa; illinc vana, volubilia,
uriosa, iracunda, violenta, otioſa, ſtupida, inſi-
ida, timida, obtuſa, obliviosa, inepta, ſimpli-
ia, vacua; alibi mordacia, ſcholaſtica,
ciola, glorioſa; alibi maſcula, conſtan-
ia, libera, reſoluta, ſagacia, univerſalia,

gravia, cabalistica; alibi spurca, ignorantia, malitiosa, adulatoria, dissoluta, intemperantia, vitiosa; alibi Phantastica, litigiosa, perversa, dura melancholica, Alchymistica, Astrologica; alibi evagantia, furiosa, terribilia, obstinata, desperata, atque, ut finem tandem faciam, alia plura, in classes sedesque suas ordine distributa: quæ omnia spectare fabulas, quas fecisset, & dijudicare voluit. At illi tàm opinionibus, quàm capitibus numerosi, diuersique, tumultu exorto, mutuâ lanienâ sese, & Theatrum, & Choragum penitus absumpserunt.

13. CHRISTIANI.

Religio Christiana cùm hostium frequentes minas & assultus formidabiles quotidie audiret, suis rebus prospectura, lustrare cives, & arma eorum explorare decrevit. Ac tum supra fidem instructissima omnia reperit. Nam & ingens erat armatorum exercitus, & corpora roboris minarumque plena, & arma, quibus expeditissimè utebantur, omnia radiantia. Sed cùm propiùs accederet Religio, parùm abfuit, quin exanimata conciderit. Quod enim ferrum chalybsve credebatur, nugæ erant; gladij ex verborum plumbo, thoraces ex syndone Voluptatis, galeæ ex cera vanitatis cristatæ, scuta ex opinionum papyro, hastæ ex conjecturarum arundinibus, vexilla ex aranearum telis Philosophicis confecta, tum tormenta Cannæ Indicæ erant, pulvis semen papaverum, pilæ vitreæ: quæ omnia, venditis tribunorum socordiâ veris armis, irrepse-

repſerant, acècontra antiqui etiamnum robo-
ris, fidei, armaturæque milites ridiculos fecerat.
Cum itaque Religio amarè lamentaretur, uni-
verſa concio bono animo eſſe juſſit: ſe enim ad
ſupremum halitum fidem probaturam. At illa:
Quid mihi fides, inquit, veſtra proderit, cùm o-
pera inutilia erunt? Juro enim vobis, cùm olim
nudos & inermes in aciem producerem, unum
martyrem vel excoriatum præſtitiſſe centum
vobis inauratis, argentatisque loricis obductiſ-
ſimis.

14. CHRISTIANVS III.

CHriſtianus 3. Daniæ Rex Chriſtianiſſimus,
quòd peccata ſua Concionatoris genibus
advolutus, confeſſus, neque ullo honoris titulo
abſolvi ſe paſſus eſſet, ſuperſtitionis ab Evãgeli-
cis notatus eſt. Quid enim, aiebant, ſi ad prio-
rem illam noſtri abiectionem, quam Papa ne-
quiter impetravit, relabamur? quid ſi ſacrorum
miniſtris nova nos feriendi cornua imponamus?
quid ſi Rex nihil à plebeio differat? At ille heros
parum turbatus, hunc ſe honorem Deo debere,
libenterque dare, ingenuè eſt confeſſus: nec e-
nim ſe Regem procumbere, ſed peccatorem; nec
à homine abſolvi, ſed à Deo. Diſcerent autem,
qui Evangelium jactitant, nos neque à reveren-
tia Dei, neque ab ornatu ſacrorum, neque à ſub-
ſidio pauperum, neque à jejunijs carnis, neque à
devotione corporis, neque à caſtitate matrimo-
nij, neque ab exercitijs virtutum, ſed à tyran-
nide tantùm Pontificiâ liberatos eſſe: Qui ſe-

cus faxint, exuisse quidem Anti-Christi lora; induisse Satanæ compedes.

15. CIRCE.

HOllandorum navigationibus nova terra detecta est, vastissimæ latitudinis, & quæ mirum dictu 9288000. miliaria complectitur. Nec ab hominibus, nisi rarissimis, sed infinitis bestiis inhabitatur; quas tamen aliquando rationē habuisse, & à Circe, magnâ Reginâ, transmutatos, has sibi larvas sumpsisse aiunt. Illis mira absurdaque vivendi ratio, nec alia voluptas & æstimatio, quàm sordidissimarū rerum. Unde quicquid cœlum demittit, abhorrent, nec nisi terrenis vesci volunt, iisq; inquinatis. Lucem omnem aversantur, & impingere in tenebris ac collidi gestiunt. Sono, fumo, umbris, spectris, & similibus unicè delectantur, nec patiuntur à reb⁹ ipsis tangi, decipi amant, & deceptores colunt, verum honestumq; penitus proscribunt. Hos cùm Tobias Adami, Orbis felicissimus peragrator, esset intuitus: Verissimè, inquit, Os habent, neque loquuntur; oculos habent, neque vident; aures habent, nec audiunt; nares habent, nec olfaciunt; manus habent, neque tangunt; pedes habent, nec ambulant; nihilq; suo gutture sonant.

16. DESIDERIUS.

HAbent exempla magnam vim, bonas mentes ad virtutem excitandi: unde Religio persępè solet Sanctorū vitas juventuti explicare, & ostētare invictum robur; sed & imaginib. conservare memoriam. Hinc Sacrarium Latinum plenū est repræsentatione laudatissimarum actionū, quibus

tis beati Dei amici in hac operum palæstrâ fortiter se exercuissent, & donorum Dei luce coruscassent. Habet autẽ illud certas suas distinctiones, quib⁹ vitæ humanæ gradus exprimuntur, ac in porticu quidẽ, ut aliquos recenseam, ostendit Liberium, Vitalẽ, Hilariũ, Felicẽ, Fortunatũ, Benedictũ. Si ingrediaris, apparent Alban⁹, Germanus, Candidus. Interiùs visuntur Severinus, Justinus, Constanti⁹, Maxim⁹. Propè adyta reperiuntur Prudentius, Vigili⁹, Servatius. Ipsa adyta custodiunt Vincentius, Valentin⁹, Victor, Potẽtianus. Sed in meditullio effulgẽt Bonifaci⁹, Benignus, Mansuetus, Modest⁹, Clemens, Pius. Cęterùm his omnib. præest Sanctus Desiderius, ut iuventus Christiana moneatur, Dei amicitiam, & carnis victoriam virtutumq́ue gloriam, non nisi precib⁹, lacrymis & suspirijs posse impetrari.

17. DOS.

CVm Matrimonium permultis grauibusq; accusationib. laboraret, & dicacissimus quisq; Philosophorũ in eã linguã acueret, illud examinatis apud se cunctis querelis animadvertit, Dotis, ministræ suæ, insolẽtiâ plurimos offendi. Nã cuicũq; feminæ faveret ipsa, subitò sumptuosas, difficiles, delicatas, ac omninò intolerabiles fieri Itaq; ablegatâ hac intractabili ancillâ, Pietatẽ ex Virtutũ familiâ conduxit, ratũ, hoc modo satisfieri hominibus, & tranquillitatem reddi ædibus posse. At longè falsum est. Nam, utut Pietas omnes benignè & placidè advocaret, remq; domesticã procuraret dexterrimè; tamẽ, ut primũ est animadversum, abesse illã festivitatũ, voluptatũ, vanitatumq; administram, sobriè posthac, fru-

galiter & ſine ſtrepitu vivendum, laborandumque, non deſijt murmurare & tumultuari, quàm Dos officio ſuo reſtituta eſſet. Ab eo tempore elatior reddita, omnem Matrimonij Oeconomiam ſibi vindicavit, adminiſtravitque impotentiſſimè.

18. ENENKELIUS.

GEorgius Acacius Enenkelius, Liber Baro Hoheneccius, qui juvenis ſupra ſenes ſapiebat, jam vir factus, incivilior Mundo creditus eſt. Nam cùm hic ſolenne ſuum Vanitatis epulum daret, atque ille inter heroas vocaretur, minùs, quàm pro famâ, Magiſtro Cæremoniarum ſatisfecit. Nec enim veſtibus ambitionis nitebat, nec fercula avaritiæ guſtabat, nec mero eruditionis inebriebatur, nec colloquia impietatis miſcebat, nec Symphoniacis famæ delectabatur, nec choreas inanitatum ducebat, neque ullâ parte convivarum moribus ſtreperis ſe aptabat. Id cùm neutiquam affectatum videri poſſet, eius miſertus Mundus, clam Medicum, Ph. Mornæum immiſit, qui morbi latebras indagaret, adderetque ſalubre remedium. Is verò cùm rationis, ſanitatisque plena omnia reperiret, exactiùs vitæ inſolitæ cauſas explorans, palam deprehendit, ſacro ſpiritus motu nobilem animam regi, palamque vel invitiſſimis Epulonibus eſt profeſſus, nihil eſſe glorioſius humilitate, nihil opulentius liberalitate, nihil doctius ſilentio, nihil ingenioſius ſimplicitate, nihil ſapidius abſtinentiâ, nihil agilius quiete, nihil fortius patientiâ, nihil denique liberius ſervitio Dei.

19. ERRARE.

EST in Experimentorum Collegio perampla contignatio ijs assignata, qui masculis ausibus speque suâ excidissent, habitata frequentissimè à Mathematicis, quos Circuli Quadratura fefellit; Chymicis, quibus Azoth evolavit; Mechanicis, quorum perennis motus quievit; alijsque ingeniosis ubi industria cum labore sumtuoso perijt. Eam fortè spectator transiens, Micrologus, suaviter ridere cepit, & nescio quam temeritatem cogitabundis exprobrare. Ecquis tro genius hos jussit (inquiebat) tritam inventorum semitam relinquere, ut in curiositatis devias aberrarent? Non tulit scommatis iniuriam Hieronymus Cardanus. Naturæ fossoribus præfectus: Et hoc pecus, ait, errare non potuit? Nimis angusta res est, non errare. Est enim nobilius quid errare & hallucinari, maiorisque conaminis indicium, quàm quod in humilem ac per lutum tractam animam cadat. Nobis tentare placet, tibi relinquere necesse est: nobis interrogare licet, tibi credere injunctum: nobis dubitare concessum, tibi parere debitum: nobis explorare liberum, tibi imponere mandatum. Itaq; memineris neminem præstantiorem artificem, quàm qui errores suos doctus ante quod caveret, quàm quod faceret, viderit. Nam qui per generosos lapsus omnia soluto impetu pervadit, hic & hominem esse se cadendo dicet, & quia nihil mediocre concupiscit, proximus tenenti summa est.

20. EXVL.

20. EXUL.

VErtumnus cùm terras obambulans, nunc [illegible]
Christi fidelem testem, nunc patriæ strenu[illegible]
Athletam, nunc Musarum pervigilē alumnum,
nunc Naturæ sagacem indagatorē, nunc ædium
fidelē custodē, nūc officinæ indefessum admini-
strū mirâ linguæ volubilitate mētiretur, ob idq;
fortunæ ludibrium, Satanę odium, Mundivè in-
gratitudinem, atque omninò dira duraq; perpes-
sum conquereretur, fraudi insuper bonorum te-
stimonio, & obsignatis literis fidem faceret, ma-
gna argenti vi simplicē condolentiam mulcta-
vit. Sed, ut mendaciū parùm sui memor est, cùm
alia atque alia effutiret, in Sagacitatem, nasutis-
simam feminam, incidens improvisis cassibus ir-
retitus est. Unde examinatus & fidiculis tortus
cùm fabularum insignem numerum, & credulo-
rum immanem turbam proderet, res risu, quàm
irâ dignior reperta est. Nam utut hinc miseriæ
simulatio, illinc condolētiæ humanitas sese mu-
tuò certatim provocabant; tamen quod exigua
veritatis specie, aut rationis umbrâ tot affectata
lamenta niterentur, credibile fuit, permagnam
dolo à simplicitate ansam traditam. Itaque mi-
rata hominum errores Sagacitas: Crediderim,
inquit, hanc lævam mentem hominibus meritò
suo immissam, ut, quod dignis probisvè nega-
tur, avareque impenditur, otiosi emulge-
ant, vel impostores emun-
gant.

21. FIDES.

CAtharus, Puritanus, & Lutheranus cùm fortè conveniſſent, & religionis ſuæ limpiditatem pro ſe quiſque vel nominis indicio extolleret, ac Græcus quidem Theologiæ ſuæ ſubtilitatem, Romanus amplitudinem, Germanus ſoliditatẽ deprędicarẽt; ille ingenioſiſſimè, alter ſumptuoſiſſimè, tertius tenaciſſimè, Deum colere glorientur; ille rationes, alter vires, tertius patientiam jactitarent; ille nobilitatem, alter ſenium, tertius liberalitatem efferrent; ille revelationes, alter miracula, tertius obſequium oſtentarent, diu abſque arbitris lis pependit, nec, qui judiciũ ſibi ſumeret, facilè reperit. Itaque conſultæ Academiæ, cùm ille ſcientiam ſuam, alter opera, tertius fidem exhiberent, neque conſilia inter ſe cõvenirent, novis obortis ambiguitatibus, negotium omne ſuſpenſum eſt. Interea primus nugabatur, alter ſuperbiebat, tertius laborabat, cùm quidam ex Chriſtianis ſimplicibus interveniẽs, ubi dubium hoc audivit, nihil præmeditatus: Quis hæſitet, inquit, Grȩcorúmne lubricitas, an Romanorũ ambitio, an Germana fides præſtet?

22. FLORIDA.

EST in Floridâ inſulâ auguſtiſſimum templũ, cujus picturȩ intus ingenioſiſſimè diſtributȩ, rerum humanarum ſcientias & actiones omnes elegantiſſimè referunt, & ſpectatores nullâ moleſtiâ, voluptate verò infinitâ breviſſimo tẽpore feliciùs, quã omnia Academiarũ volumina erudiunt. Eas, ſi vacet aliquando, aut nõ ſit ingratũ, depin-

depingere lubet. Nunc porticum obiter descri-
bere visum est. Is vtrimque dispositas tabell[as]
cum statuis affabrè factis, & in superiora paula-
tim ascendentibus habet. In dextri lateris im[o]
Grammatica se sistit, habetq; amicas duas Dia-
lecticam & Rhetoricam: supra eam apparet Phy-
sica, cui Medicina & Chymia sociatæ sunt, post
ea Mathesis conspicitur cum Arithmetica &
Geometria suis familiaribus : denique in fa-
stigio Theologia refulget, cui, ceu Reginæ suæ
reliquæ omnes ancillantur. Alterius lateris basis
Agriculturam exhibet, cum Pastoritia & Pisca-
toria ; inde Mechanicam, cui Metallica & Nau-
tica fidas manus porrigunt ; mox etiam Histo-
riam, quam Chronologia & Geographia hono-
rant: postremo Politiam, quæ unam Theologi-
am superiorem agnoscit, cæteras inferiores ju-
dicat. Supra portæ arcum nomen JESU vene-
rabile relucet, verum & bonum sibi vindicans,
sibique devinciens : infra nomen tabella oblon-
ga, cum inscriptione : *Quid, si sic* ? ad tabularum
bases, duo quadrati lapides, cum titulis, uno :
Suspiciendo despicio : altero : *Despiciendo suspi-
cio*, in quorum medio caput vultus triplicis,
cum symbolis : *disce, age, crede*.

23. FREIDANCK.

CHristiana Religio ut exercitatiores habea[t]
sclopetarios, eos interdum ludicro certami-
ne, præmioque proposito committit. Id cùm nu-
per admodum instituisset, multi comparuerunt,
quibus spes erat ad scopum collimandi. Iis judi-
ce[s]

præfecti Auguſtinus & Epiphanius, datique
ces Flaccius & Wigandus, tum Notarius ad-
itus Chemnitius. Cùm aliquot diebus jacu-
ntur, rari circa centrum, plerique in margi-
is; ſcopus intactus repertus. Et excuſatio-
u: omnia plena, quibus ventus, ſclopeta, pul-
& quid non? accuſabantur. Circumibat ſclo-
rios ludio, cui Freidanck nomen, qui cum
itaculo, & ridiculis rhythmis enormiter pec-
es dedolaret. Is cùm videret ſimplices, atq;
pueros quàm proximè accedere, denique
tem ſcopum attigiſſe, eruditos, ingenio-
celebres, potentes, artifices, & quoſcunque
dos alios immane quantum aberrare, non
inuit ſcommata, & in vertiginem Sopho-
vel Sophiſtarum liberè jocatus, haud ob-
è invidiam ſibi peperit. Id animadvertens,
l mutatus, ſed ſemper liberior: Quid iraſci-
i, inquit? jam enim non quid poſſideatis vel
eatis, quid ſcripſeritis vel legeritis, quid o-
mini vel argutemini, ſed quàm propè Chri-
ſcopum tetigeritis, quæſtio eſt.

24. GLADIATORES.

II. Calend. Maij, qui dies Fordicidijs olim
cer, infeſtis animis cruentoque Marte con-
um eſt, nec ob lanam quidem caprinam; ſed
omnium maximam, Grammaticam. Nam
Academiæ penultimum jugum alij produ-
nt, alij anguſtarent; niſi ſanguine, res dirimi
potuit. Horribile eſt recitare, quàm fœda
cies apparuerit, cùm nebulonum, ſcelera-
torum,

torum, ſacrilegorum, plagiariorum, ſycophan-
tarũ, phantaſticorũ, fanaticorum, monſtrorum
falſariorũ, beanorum, ſophiſtarum armi, roſtr
ungulæ, & cadaverum aliæ partes ſine perſona
figura, numero & caſu, multa ſanie & fœtore ab
ominabilia humum operirẽt. Id turpitudinis in
tuitus Tranquillus quæſivit, Quo jure, qua licẽ
tiâ homines hanc immanitatẽ perpetrarent? Re
ſponſumq; tulit, Licere literatis, ob quamcunq
levẽ cauſam ſeſe in hunc modum fœdiſſimè di
laniare. Nã quod Cerdoni in Cerdonẽ, & lictor
in lictorem minimè permittatur, ob artis infa
miam; id liberalium artium eſſe priuilegium, u
illiberaliter ſeſe mutuò tractent. Abnuit Tran
quillus, & conſuetum illud *Non ſinit eſſe fer*
ſubinde ingeminans, tandem concluſit: Non vi
deri ſpiritu Chriſti agi, qui ob accentum vel ſyl
labam Chriſtianæ charitatis & manſuetudini
obliti, hoc unum agant, ut maledicendo, mor
dendo, & latrando Caninam victoriã obtineã

25. *HESSVS.*

TObias Heſſus, vir multæ, ſed variæ famæ, in
ſolito & omni medicinæ incurabili morb
exagitatus, tandẽ ad Deum redijt. Convenêre t
ad cadaver experientiſſimi Anatomici, Veſaliu
Platerus, Bauhinus, Fabricius, alij, ut tot malor
ſedes ſcrutarentur. Secto apertoq; corpore, C
repertum eſt ſanum, & cruore Chriſti purpure
pericardij tamen humor ex traduce infectus r
periebatur, pulmones ſacer ſpirit⁹ permeaverat
ulcera tamen Academicæ ſcientiæ aniãdverſ
ſunt. Hepar Chriſtianũ virtutes in corpus un

versu

sum elegantissimas diffudit, nisi fortè ex cō-
ione vitiū accessit. Lien dilectionis sanguinē
imū cōfecit, nisi quādo chyli malignitate est
eptū. Renes, alioquin castissimos, nescio quę
pura adeps copiosè circumfudit, quæ præter
uram nō fovere calorē, sed languefacere visa
. Fellis vesicula nuspiā apparuit: nec.n. vel ho-
bus irasci potuit. Stomachus perfectissimę cō-
ctionis deprehensus, qui calumniarū ferramē-
tiā absumsit. Cerebrum planè perfectū, quod
iositatis excrementa benè evacuarat. Sed &
tera omnia sana. Tum obstupescens Vesalius:
si Deus, inquit, hunc hominem Mundo mori,
ab eodem interimi jussisset, immortalis futu-
s erat, quem Natura contra omnes malevo-
ntiæ morbos invictum reddiderat.

26. *HOSPITALE.*

Ubet pietas, ut quib. Natura iniquior fuit, ra-
tio humana condolens subveniat. Itaque salu-
i consilio ingentibusq; sumptibus Hospitale
extructū est, quibuscunq; vel cerebri nimium
l minùs, vel dilutio aliqua contigisset; longa-
e serie distincta conclavia, quæ variæ sortis
alesanos susciperent. Ei præfecti Erasmus &
aisersbergius, additusque, qui vices suppleat,
andius. Cùm nuper recenserent alumnos, re-
rerunt phreneticos, melancholicos, somno-
ntos, ebrios, obliviosos, stupidos, crassos, sim-
ices, supinos, fatuos, vitiosos, indignabundos,
diculos, gloriosos, simulatos, lunaticos, aman-
s, desperatos, heteroclitos, parasitos, joculares,
riosos, bestiales, vertūnos, obstinatos, elusos,
frenes, extravagantes, furciferos, &c. cum ovis

& pullis, floribus atque ſeminibus, quibus dum F. Rabelaſius, Medicus ordinarius, pharmaca & embammata applicat, & capita lixivio lavat, quicquid vapulet, & oleum operamque perdat, tamen decretum eſt, indignis, invitis, & reluctantibus benefacere, quippe miſeris atque miſerabilibus.

27. *HOSPITALIVS.*

MIchaël Hoſpitalius, moderatorum conſiliorum Princeps, & reformandorum morum ſtudioſiſſimus, Morvillerij vehementiâ, & præfractâ vitiorum tenacitate exagitatus, honoratam miſſionem efflagitavit. Sed Aula ſolito ſuo ingrata, ut colore aliquo iniquitatem illiniret, delirij hominem accuſavit, & cadaveroſum ſenem ſine ullâ laborum memoriâ abegit. Id audiens Annas Monmorantius, lentæ & cautæ prudentiæ, ſed ingentis animi dux, vocatum ad ſe Hoſpitalium multis ac benigniſſimis verbis eſt conſolatus. Sic enim ferre noſtra ſecula, ut prudentia delirium, pietas ſuperſtitio, patientia vilitas, parſimonia ſordes, temperantia ruſticitas, juſtitia fatigatio habeantur, neque quenquam faciliùs emergere, quàm turpi abiectaque in alto ſedentis vanitatis ſequelâ. Id ergo agamus, integerrime Hoſpitali, inquit Momorantius, morte noſtrâ ac ſanguine teſtemur delirij noſtri fidem, dum illi infami transfugio ſapientiæ ſuæ levitatem prodant.

28. *ILLI-*

28. *ILLITERATI.*

Ranciſcus Petrarcha, vir nunquam ſatis lau-
datus, cùm inter literarum proceres magno
nſenſu atque applauſu, maximè verò Roberti,
gis Siculi eruditiſſimi, commendatione eſſet
eptus, non caruit invidiâ. Etſi enim in Rem-
blicam merita ipſius jam publicè extarent, ta-
n quòd venationi Ariſtotelicæ, aut piſcatio-
ophiſticæ, aut aucupio Logodædalo minùs
us videretur, retiariis nonnullis riſui fuit.
nvenerunt itaque quatuor, quorum primus
ras nullas ſciebat, ſecundus paucas, tertius
multas, quartus non paucas quidem, ſed per-
xas adeò, tamque incompoſitas, tantâ inſu-
levitate & jactantiâ, ut fortaſſe meliùs fuerit,
las noſſe. Ii collatis inter ſe ſententiis, bre-
n definitivam tulere ſententiam: *Petrarcham*
literis, virum bonum. Id ubi innotuit, res
blicis vindiciis, ac inprimis acerbo ſtilo, quo
loſophaſtrorum ſupercilium retunderetur,
na judicata eſt. At Petrarcha cùm audiviſ-
ſolito hilarior: O utinam hoc unum verè di-
int†! Sit hæc, alme Jeſu, mea portio, ut bonus
. Nam ex literis nihil aliud quæſivi, quàm ut
nus fierem: quòd ſi literæ acceſſiſſent, non pro
uiſſem: nunc cùm ſine iis aut extra eas boni-
concedatur, equidem mihi & cunctis igno-
tibus de compendio gratulor. †aut dicturi ſint!

29. *IOHANNA.*

Arthol. Chaſſanæus, magni nominis I. C.
quòd in murium Heduenſem Præfecturam

vaſtantium causâ perviciſſet, jam intricatiſſim
rebus par creditus, Romam, ut Johanni Octav
ablatum hiſtoricorum garrulitate virilem ſ
xum reſtitueret, evocatus eſt. Non placu
cauſa circumſpecto homini, quòd mammillæ
alia reticenda ſequiorem ſexum clamarent: V
rùm tentandum aliquid pro ſacrâ ſede ratus, cù
in forum venit, nihil rationis attulit; ſed fæm
nam eſſe id verò conſtantiſſimè pernegavi
Monitus autem, quem veri colorem adferret, r
ſpondit. Non eſſe, cur à tàm ſublimi dignitat
faſtigio ratio ulla requiratur, cuius verba ſiv
affirmantia, ſive negantia rationes ſint. Iteru
monitus, Deum ipſum ſuorum operum hom
nibus fidem facere, atque velut dare ratione
prolixè, quàm aliter ferant magnatum ratione
diſſeruit, quorum interſit, nivem atram, & ca
bones candidos, ignem frigidum & glaciem fe
vidam pronunciare, neque demonſtration
neceſſitatem unquam ſubire: Proinde crederen
Virum nunquam fuiſſe Johannam, fęminam J
hannem nunquam fuiſſe; nec peperiſſe virun
nec genuiſſe fæminam, ſed Phœnicis more J
hannem Johannam, Johannam Johannem mu
tuis vicibus produxiſſe, idque reliquiſſe mort
libus dubii. Tum aſtans quidam: Credamu
inquit: quoniam affirmando negandoque omn
iniquitatis myſterium abſolvitur.

non credamus

30. *KABALA.*

SOlet Kabala apud Sophiſtas malè audire, v
lut affectatæ obſcuritatis & ſuperſtitioſæ c
rioſitat

ositatis magistra; ob id etiam magis, quòd Ra-
nis & Paganis, quam Christianis familiarior.
d illa, impurorũ societate remotâ, cùm Theo-
gis se probasset, jam famæ securior, illudere
peritis cepit, & stuporem garrulorum dedi-
ari. Quin etiam in publico beneficia sua ja-
vit, quibus omnes hominum ordines cumu-
è afficeret. A me, inquiebat, habet Antichri-
s anathematum suorum terrorem, & Princi-
s absolutam faciendi potestatem, & Sophistæ
æ ignorantiæ velamen, & Hypocritæ sui in-
ni Atheismi voluptatem, & Monachi suam
ulentissimam pauperiem, & Jesuitæ suas sese
nuandi rimas, & mulieres suum servile impe-
m, & Politici suam Chrysopœiam. Nam si ar-
, quibus talia perficiuntur, scriptæ extarent,
mo hominum, id ut ferret crederétve, adduce-
tur. Nunc dum per Kabalam de manu ad
num, ab aure in aurem traduntur, & multis
roglyphicis ænigmatibus, symbolis, aliisque
steriis peraguntur, fit, ut hominum oculi
nper obvelentur, aures obturentur, nares op-
antur, ora frenentur, manus vinciantur, tibiæ
mpediantur, corpora omnium misertimo, tur-
que servitio mancipentur.

31. LOYOLA.

Gnatius Loyola, maximis meritis in papyra-
eum Cœlum sublatus, cùm per omnes statio-
s claudicaret, nec dignam virtutibus sedem re-
riret, multum negotii & disputationis reliquis
ctificatis excitavit. Robur militare, terrarum

peragratio, literarum cultus, morum modestia, castitatis decor, opum affluentia, & quæ reliqua in eo notanda erant, magnum aliquod decu promereri judicabantur. Cæterùm id dubium restabat, Indiáne, an America, an verò Europa tutelæ ipsius concrederetur. Verùm inter has controversias Loyola naturam paulatim dete git, & dum curiosiùs omnes ordines circumit insidiarum, furti, delationum, assassinatus, pla gii, proditionis, sodomiæ, & aliorum etiam fa cinorum reus fit. Quod vix creditum, nec nisi multis testibus & indicibus persuasum, cùm Ma gnatibus formidabilis fieret sicarius, populi intolerabilis prædo, totius tandem orbis consen su, pro sancto sacerrimus & detestabilis pronun ciatus, nec tàm Cœlo quàm humanâ universita te expulsus est.

32. MACVLAE.

EUphormio ille, qui ex altero Mundo varias hu manæ fabulæ Icones attulerat, cũ nostros ho mines ad unguẽ referrẽt, fraudis insimulatus est. Itaque jam non amicè, sed rigidè interrogatus quis Callion, quis Fibullius, quis Pereas aliive morionum cucullis deformati, Jovem lapidem juravit, è Platonicis Idæis sub Lunæ concavo depositis coempta, & ad nos usque translata esse. Neque mirandum si nobis assimilentur cùm Lu na, veluti speculum, nostras formas recipiat, & exinde has terrenis parallelas imagines fabricet. Ea res ad Mathematicos delata, examinataqu imprimis ab iis, qui superiorum Corporum ma

ulas inimitabili diligentiâ obſervant, multum
negotii fecit. Nam Fabricius ejuſque Apelles,
um Metius, Stevinus, Origanus, ſed maximè
Gallilæus, & Keplerus, divina omnes ingenia,
ùm inter ſe diffiderēt, nec Teleſcopiis ſatis fidei
ſſet, notatis in terræ, religionis, politiæ, litera-
uræ, humanitatiſque variis maculis, & cum ſu-
erioribus collatis, cùm nulla refractionis analo-
ia appareret, & regulas nullas admitterent, Eu-
hormio tamen in ſententia perſtaret, nec alios
ſtrorum incolas, quàm noſtri in lucidiſſimis
orporibus repræſentationem oculatus teſtis
ſſeveraret; tandem Simplicius aliquis: Nugaris,
nquit: nam ſi noſtræ maculę omnes aſtris expri
nendæ eſſent, jam dudum Sol nobis piceus ap-
aruiſſet.

33. MIRVM.

NUndinis Coſmopolitanis magnus ſolet ad eos eſſe accurſus, qui Naturæ rariora & mon
troſa e[illegible] vel viſum exponunt. Vide-
e itaque licet vaſtiſſimos gigantes, & pumilio-
es breviſſimos, homines mutati ſexus, homi-
es aliquot ſeculorum, homines invicti roboris,
omines ab incubis prognatos, homines ab ani-
nalibus enutritos, homines longo tempore vel
ejunantes, vel dormientes, homines uno pa tu
umeroſè progenitos, & perſimiles alios, quos
upra fidem hiſtoricorum fides nobis exhibet,
os cùm paſſim admirarentur ſpectatores, &
bſtupeſcerent, Chriſtianorum aliquis aſtans:
int ſanè, inquit, hæc inſolita, ſint mira: ego ta-
nen ſupra cuncta talia admirabile mirum novi,

Interrogatus, quodnám illud tot Mundi circulatoribus incognitum? Respondit, Peccatorem. Mirum enim esse, audere hominem irritare Deum beneficum & potentissimum, posse credere Satanæ mendaciorumpatri, velle oblivisci mortis imminentis & inevitabilis, præterea obedire Carni, turpissimo mãcipio; suoabuti ratione unicâ hominis prærogativâ; admirari Mundũ stolidissimum, occupari nugis periculosis & laboriosissimis, diniq; dedignari Cœlum, unicam & veram beatissimamque animarum patriam.

34. MORS.

MOrs, Theologiæ Compendiũ, Philosophiæ summa, Politiæ frenum, & humani generis inexplicabile beneficium, cùm luridâ facie, ossiumq; crepitu cunctis propè esset formidabilis; linteis Christi, quæ in sepulcro resurgens reli-[illegible] amicè Christianos circumivit, docuitque blandissimè, non [illegible] queis, sed singulorum interno testimonio. Nonne Deus pater est? inquiebat: ergo nobilissimi estis, ergo divinâ tutela securi, ergo superna charitate connexi. Quid genus sordibus maculatis? quid feras induitis? quid detrectatis Dei imperiũ? quid libertatem proditis? quid fraternitatem solvitis? quid commodatis inhæretis? quid mortem immortales abhorretis? Sed hæc surdis narrabãtur; & ut quisq; corporis servitio addictus alicui erat, ita mortis negligens in id unicè incumbebat. Unde irritata Mors cùm verba evanescerent, jacula depromsit, transfixisq; hinc inde mortalibus,

ius, cùm magnam ſtragem edidiſſet: Hem, inquit, jam tandem docebo Magnates humiliari, & Sophiſtas tacere, & curioſos terminari, & avaros ſatiari, & iratos reconciliari, & feroces languere, & voluptuarios dolere, & obſtinatos remittere! At beatos jam pauperes! quia ditabuntur; humiles! quia evehentur; triſtes! quia conſolabuntur; ſimplices! quia erudientur; patientes! quia vindicabuntur; atque omninò omnes, quibus Chriſtus vita fuit, Mors lucrum erit!

35. NEANDER.

NEander, libertate beatus, cùm Auliæ cupido inceſſiſſet, hujuſq; filiam Duliam deperiret, atus, ſe ingenti fortunarũ dote cumulandũ, relicta Patrigea matre, & Jcha benigniſſima nutrice, ſpretoq; omniũ ſcientiarũ præceptore Iſichio, miniſtroũ quadrigam aſſumpſit, Fimeũ, Philotimũ, Tolmium, & Philopragmonem, atq; ſic infinitis variationũ fluctibus ſe cõmiſit. Cumq; diu multaq; temerariè ac fruſtra tentaſſet, tandẽ ſub Aretæi morum magiſtri moderamine cautius & credere & agere edoctus, ſic ſatis perplexum, lubricumque negotium pertractavit. Sed Dos aberat, quam Tyche, Orbis Theſauraria, rigidè negabat, nec blanditiis miniſvé adduci vel conciliari poterat. Obſtabant ẽt. Phtonus & Gongiſmus, duo malevoli, quorum importunitate Neander miſerè exagitatus, cùm interventu Elpidii, & Anechi aliquandiu ægrè vitam traxiſſet, ſalute deſperata, & errore agnito, retro veſtigia legit, tumq; à ſuis receptus, & vanitatis exercitæ admonitus, domi ſapere & acquieſcere didicit.

36. OPORTET.

IMpersonalium Conventu, quem *Interest* indixit, cùm *Est, refert, decet, delectat, juvat, pœnitet, piget, pudet, tædet, miseret, accidit, evenit, contingit, vacat, præstat, restat, libet, licet, constat, sufficit, expedit, conducit, solet, & potest* debitè comparuissent, res primùm æquiùs agi cœpta est. Nam missus voluntatis interpres *Placet*, cùm rei præsentis statum explicasset, ire in sententiam suam patres monuit. At illi variè ringi, & posteritatis curam, tum antecessorum reverentiam, atq; negotii ipsius difficultatem quàm diligentissimè & anxiè ob oculos ponere. Sed frustra. Nam substitutus alius, cui *Oportet* nomen, cùm rigidissimam sententiam pronuntiasset, facilè omne deliberandi, decernendique arbitrium abscidit. Itaque Velle, quod Oportebat, incipientes, cum gemitu succubuére, Deum precati, ne ob *Oportet* apud Nepotes aliquando infamiæ dedecus portare Oporteat.

37. ORBIS REGIMEN.

REpertâ Australi plagâ, quæ veteribus olim incognita fuit, cùm religio impura, jus inhumanum, mores barbari, disciplinæ sordidissimæ, cunctáque in iis terris abominanda nunciarentur, humanioris orbis incolæ infelicitatis illorum miserti varia cicurandi, poliendique instrumenta, liberalissimè transmiserunt: quæ ubi advenerunt, adaptatáq; selectioribus Populi sunt, immane quàm armarint, quàmque feroces fece-

rint eos, quos prius ſubjecti experti erant tractabiles. Nam ſerviendum, credendum, dandum, jejunandum, diſcendum, moriendum erat planè eorum arbitrio, ac vix ſupererant vires, quas formidabilibus inſtrumentis opponerent, donec tamen reſumtis animis jugum hoc inſuetum abiecêre. Et, ut gratiam referrent, Arctois nil niſi pictam tabulam miſerunt, quæ lupum oves regentem, & vulpem anſeribus concionantem & Ciconiam ranas paſcentem, & felem mures dirimentem, & canem lepores defendentem, & ſimiam pediculos erudientem repræſentabat, cum inſcriptione: *Cicurare barbariem*. Quæ ubi importunâ plebis curioſitate in propatulum impetrata eſt, cùm murmura, neſcio quæ, paulò poſt exaudirentur, naſutiorum tempeſtivo conſilio, in adyta recluſa, & perpetuis tenebris involuta eſt.

38. *PATIENTIA.*

Convenerant aliquando Orbis cenſores, primus quidem *Dolens*, cui res hominum meri cruciatus & ſupplicia videbantur; alter *Inquietus*, qui ſeſe undique periculis maliſq; opponebat, & cum rerum quaſi natura dimicabat; tertius *Ridens*, quem inanitatum, confuſionum, ineptiarumq; Chori, veluti delectabant: hi, quod ſæpe ſolent, inter ſe de malorum remediis conferebant. Sed quò minùs aliquid decernerent, opinionum colliſiones contradictioneſque cauſabantur. Tandem Socrates & Epictetus in conſilium admiſſi, Patientiam nominabant, quę me-

dendis, vel certè leniendis rebus unica apta videretur: Eam nempè in Deo tranquillam, hominibus moderatè condolentem, à malis cautè alienam, & à vanitate ſeſe ſubducentem, hoc ubiq; impetrare, ut certa credamus, bona agamus, vana negligamus, fucata eludamus, potentia declinemus, cætera feramus.

39. RETROGRADVS.

EST omninò Felicitatis regia inviſibilis, neque de loco inter mortales convenit, aut itinerandi modo: unde qui ælienæ opinionis tramitem ſequuntur, ut plurimum poſt longos errores, & laboris fatigationem ſpe omni fruſtratos ſe luctuoſiſſimè reperiunt. Plato ſic opinatur, ſurſum aſcendendum, & mira ſubtilitate animam extenuandam. Ariſtoteles verò ambitioſior in gyrum ferri jubet, & mortalitatis ratiocinationes cunctas pertentandas. Socrates tranſverſim ire ſuadet, & malorum hinc declinatione, illinc patientia virtutis vias veſtigare. At Epicurus terram fodicare cenſet, ac in imo voluptatis epulas deguſtare Democritus & Heraclitus deſperarunt: unde alter curam negligit, alter ringitur. Sed Chriſtianus, qui paſſim inter Philoſophos fatuus & delirus audiebat, dum, ut ſciolis ægrè faceret, per ludibrium retrò it, & cœcum occiput ducem lucemq; ſequitur, ſc. omnem humanam ſapiētiam, ſcientiam, fortitudinem, voluptatem, riſum, & dolorem dediſcit, felici ineptia in felicitatem ipſam feliciter incidit, eaque æternum feliciſſimè perfruitur.

40. SAXO.

IOh. Saxo Noribergensis, qui Germanæ Musæ maritatus, pulcherrima prole patriam auxerat, cùm solenni Memoriæ festo, templum bonæ famæ ingredi vellet, à stipatore Pœdagogo, obtusissimo homine, aditu prohibitus est: Procul hinc, ajebat, procul este Germani. Saxo conjugis suæ nobilissimæ imperium allegabat, cujus nomine & voluntate ipse adesset, alioquin in sutrina permansurus. Cùm stolidus ille nihilominus perstaret, ad jurgia, ad injurias, denique verbera ventum est. Exprobrabat Saxo homini rerum humanarum ignorantiam, inventionum sterilitatem, elocutionis balbutiem, vocabulorum inanitatem, animi, ingeniique stuporem; &, pignore deposito, in luctam, quovis vellet loco, quibus vellet armis, animosè provocabat. Intervenerunt fortè altercationi Theodorus Zvingerus, Memoriæ Cancellarius, Johan. Fischardus, Germanicæ Nationi à libellis, ac Nicolaus Hermannus, religiosissimus Cantor, qui Saxonem, veterem congerronem, cum sordido homine litigare indignati, manu injecta in atrium induxerunt; conversusque ad sequentes Fischardus: Hoc agant, inquit, illa pecora, cùm ad fores ipsa perpetuò condemnata sint, quibus inventio & elocutio sciendi agendique vera atque bona, fores reserarunt, bonæ famæ aditu arceant.

41 SCALIGER.

IUlius Cæſar Scaliger, vir illuſtriſſimus, poſt amiſſam Veronã, à Veritate hoſpitio exceptus, ac paulò pòſt, unanimi voto, veræ Eruditionis Princeps electus eſt; quo imperio ovans, facilè aviti regni oblivionem induxit. Nam cum in linguas permultas, Poëſin, Phyſicam, Mathematicam, Medicinam, Politicam, Chronologiam, Hiſtoriam, ac Naturam propè omnem Dictaturam gereret, noluit ea cum Hiſpanicis Coronis commutata, quæ caput tantum premerent, nihil animum formarent, ſatiarentvé. Pacem, poſt bellum cum H. Cardano Sopho feliciter geſtum, ſatis ſtabilem coluit, & ſucceſſionem filio incomparabili, Joſepho, firmavit. Unus turbator ex Orco prorepſit Gaſper Scioppius Priapeius, Veſpillo, hominis monſtrum, qui ſacrum caput violare auſus pugione heroam, ſed interveniente Nobiliſſimo Heinſio, obliquato ictu petiit. Unde contra publicum parricidam conclamatum, ipſe comprehenſus & tormentis ſubjectus eſt. Ac tum repertus Index clariſſimorum & Principum virorum, quos confodiendos ſibi etiamnum in animum ſumpſerat. Itaq; mille ſupplicia meritus, primùm publici odii acubus confixus, dein Satyricorum forcipibus laniatus, tandem infamiæ rogo impoſitus, conſcientiæ propriæ flammis vivus exuſtus, & ad gehennam demiſſus eſt.

42. SE-

42 SECTA.

SEcta, animorum impotens & rigidissima magistra, ut omninò sectatores suos ab humano rationabilium cœtu abalienaret, notis quibusdam sive signaturis distinguendos judicavit. Unde nonnullis injunxit, ne orantes genu flecterēt; aliis, ut Musicam Deo hominibusque gratam dedignarentur; aliis, ut à cibis sapidis abhorrerent; aliis, ut docentes alios neutiquam ferrent; aliis alia, ac plerunque talia, quæ conversationi ineptos, vel societati humanæ invisos redderent. Id variè acceptum, cùm multi profundiùs examinarent, ac nescio quid occultæ philosophiæ suspicarentur, quòd strictissimè singula à suis ordinibus observari vellet, ac in his nugis, distinctionibusque salus veluti omnis verteretur, diu inter mysteria delituit: donec tandem Augustinus, homo reconditæ scientiæ, patefecit, id esse Sectæ ingenium, ut quæcunque capiti incideret ineptia, eam lingeret & perpoliret, ac inde credulis velut sacro sanctum obtruderet, quibus jam non ludicrum, sed serium; nec lubido, sed articulus crederetur: non secus ac Medici incautis imponunt, dum, quibus libenter vescuntur eduliis & deliciis, medicatas esse & corpori saluberrimas per Hippocratem & Galenum jurant & evincunt.

43. SEMITA VITAE.

IN illâ arctâ & salebrosâ semitâ, quæ ad angustā Vitæ portam ducit, mira est & inusitata sors

peregrinantium. Nam, nonnulli candida stola conspicui, dum passus metiuntur, & numerant, vertigine subito occupante in minutissimos lapillos impingunt, & gravi lapsu corruentes vestem speciosissimam maculant. Alii vero nullo amictu sordidati, dum flagellis quibusdam impelluntur, per immanes scopulos transilientes, viam, nullo ad vertiginẽ otio dato, deproperãt. Aliqui acutissimo visu notabiles dũ prospiciunt, circumspiciunt retrospiciunt, moras nectunt ac sese impediũt, dũ alii retrogradi velut aliud agẽtes promovent. Aliqui festinantes dum sudant, anhelantque, spiritus deliquium patiuntur; alii otiosi quasi, & quiescentes provehuntur. Aliqui perpetua abstinẽtia macerati, dum expediti esse volunt, membris vires omnes subducunt. Alii cibo naturæ degustato, ad divina alacriores assurgunt: Ut omnino fatendum sit, nihil terrena Apodemica, humanisve regulis in hac peregrinatione profici, omnia ut apud Creatorem Misericordiæ supremæ, ita apud Creaturam esse infimæ simplicitatis.

44. *SIMPLEX ET RECTVM.*

ANtiquitas, simplicissimi cultus fæmina, cum in Posteritatem, neptem suam, procacem & volubilem puellam, incidisset, mirata vestiũ luxum, corporisque mobilitatem, non abstinuit, quin murmurarit. At hæc haud elingue animal, cum diu aviæ stuporem, rusticitatemque exagitasset, animi sui, oris, manuum, pedum, & totius corporis cultũ, agilitatemq; jactitavit. Cumque

x tandem persuaderetur. quę tandem illa subli-
ia, singularia, exquisitaq; forent, quibus Anti-
uitas caruisset, explicaret: nescio quid tortum,
rvum, intricatum, involutum, unoq; verbo su-
tum protulit, cui vix nomen, ne dum elogium,
llum reperit. Id intuita & aspernata gravi vultu
ntiquitas: Vah prostibulum! inquit: Hæccine
eculi felicitas est? hic subtilitatis progressus?
uasi me hæc latuerint? At ego jurare ausim, cen-
es miliésve talia à me excogitata, sed mox repu
iata: millies tentata, sed mox vana deprehensa:
millies admissa, sed mox expulsa, donec tandem
ongo usu, & certissimis experimentis didici, *Sim*
lici & recto nihil certius, beatius, solidius, con-
tantius, jucundius, opulentius esse, atq; ad illam
lteram vitam expeditius.

45. SVFFENVS.

SUffenus, qui unus hactenus omnia poterat, o-
mniaq; sciebat, & sui observantem Mundum
niversũ voluerat, cùm in febrim incidisset, pla-
issimè consternatus est. Itaq; Astrologis impe-
atum, in Cœlum ut inquirerent: & Physicis in-
unctum, ut terram omnem, quid sibi id vellet,
crutarentur: qui unâ voce responderunt, nihil
nsoliti, nihilq; notabile Cœlo terraq; reperiri,
omnia debito ordine ire: nunquã adduci potuit,
quin astrorũ memorabilem confusionẽ, aut infe
iorum chaos suspicaretur. Tandem Medicos
accersivit, eosque exposito, quod orbi immine-
ret, suo discessu periculo graviter monuit, si-
quidem Rempublicam salvam vellent, mor-
bum quàm ocyssimè pellerent. At illi negligere
hominem

hominem, & lente agere, denique morbo cedere: quod cùm haud obſcurè animadverteret ægrotus, lugere omnes juſſit, & elegiis cuncta perſonare; dein Memoriam advocavit, cui famam ſuam, & ingenii ampliſſimas opes committeret. At illa vanitate homuncionis irritata: Apage, inquit, has ſordes, Obſcuriſſime vir: nec enim Deus ſiverit, ut quem Cœlum juxtà & terra ignoravit viventem, mortuum poſteritas inter orbis decora numerare fictis elogiis perſuaſa cogatur.

46 SYMBOLA.

PIcta Poëſis jam antè, ac etiamnum in orbe Chriſtiano benignè, & ob argutiem collaudata, cum in Scythiam aliquando exiiſſet, vix abſque inſigni periculo fuit. Nam cùm hoc hominum genus inſulſiſſimè vivat, illa verò multo, ac candidiſſimo ſale veſcatur, facilè indignationem & furorem barbarorum contra ſe incitavit. Sive enim Solis eclipſin, ſive Lunæ labores, vel ſtellarum nubila, aut, ut tumultuariè effundam, Leones edentulos, urſos pigros, tauros laſſos, equos claudos, cervos macros, lupos ſcabioſos, vulpes ſtupidas, canes elumbes, lepores repentes, aquilas implumes, gallos raucos, pavones decaudatos, teſtudines alatas, ſerpentes frigidos, alas acciſas, coronas æruginoſas, roſas emarcidas, poma putrida, ſerta flacceſcentia, lilia maculata, arbores acciſas trabes carioſas, cruces poroſas, turres ruinoſas, enſes hebetes, cornua diffiſa, pocula pertuſa, faces extinctas, vexilla lacera milites inermes, pilulas infectas, panes mucidos marſu-

marſupia feneſtrata, aut quicquid tandem per uſum occurrit, pingeret, omnia ſuſpicione, invidia, odioque laborabant. Tum illa excandeſcens: quàm benè proſpectum eſt humanæ, inquit libertati, cùm cogitare licet, quæ nec facere, nec dicere, ne fingere, nec pingere contra talia decora conceſſum eſt!

47 TANTVNDEM.

VEnerat in Reipublicæ curam Solicitus, & rationes multis vigiliis, intempeſtivoq; victu adminiſtrarat, cùm deficiente corporis craſi, multâ pituitâ, calculique cruciatibus exagitari cœpit: Unde ſcipioni innixus, & tremulo greſſu obrepens, cùm iterum atque iterum in conſilium hera vocaret, anhelans, animamque trahens comparuit. Fortè Mimus, ſive ſcurram malis dicere, heſternâ crapula cerebro gravis ſolitos ludos Reipublicæ negaverat. Cujus ea impatiens ſive proceſſionem, ſive ſolennem inviſionem miniſtris omnibus indixit, voluitque ex primis Solicitum voti, vel officii reum. Paruit miſer, & cum baculo moleſtum iter emenſus, cum molli lectulo ſtertentem, & ſcurrili dicacitate commiſerationi illudentem reperiſſet, non continuit lachrymas, ſed labores ſuos ſexagennales deteſtatus, parum abfuit, quin languidum ſpiritum ejecerit. Suſtinuit tamen amicus, Fridericus Kün, ac auri inſuſurravit: Nónne olim tibi dixeram, Solicite, fruſtra affligi, cùm eadem ſit gratia ventris onus in medium conclave deponenti, quanta everrenti?

48. VIETA.

ADrianus Romanus Belga, ex funibus Algebricis nodum nexerat Gorgonio intricatiorem, eundemque totius Orbis Mathematicis dissolvendum magno hiatu proposuerat. Verùm Franciscus Vieta Gallus, ut vidit, ut solvit, hominisque jactantiam salsè risit. Gloriosum id Vietæ apud eruditos fuit, nihilque jam tanto ingenio insolubile creditum, cùm alius ecce nodus oblatus, quem Macchiavellus ex ferreis filis constrinxerat, Principemque nominaverat. Erat is multis aciculis armatus, nec nisi chirothecis contrectari poterat, tum interno quodam igne calescebat & fila inter se nescio quo ligamine coaluerant: pondere suo manus deprimebat, & fulgore oculorum aciē hebetabat. Itaq; sudare Vieta, & artem omnem, omnē Analysin frustra advocare, tandem desperare. Unde in iram conversus, cum malleo tentare vellet, scintillis variè dissilientibus, parùm à summo periculo absuit, patuitque illas tricas, quibus populi subditi intricantur, intractabiles esse. Tum Vieta: Quicquid, inquit, arte componitur, arte solvitur; at in hac irregularitate, ubi violentia, fraus, doli, & similia his nectunt, nemo hominum explicato, sed uni Deo resolvenda remittuntor.

49. VVERNERVS.

VVErnerus de Onshusen, Clericorum provincialis, quotiescunque suos invisebat, tribus

tribus quæſtionibus triplicatis omne negotium abſolvebat. Interrogabat enim, Quomodo ſint ingreſſi, an vigilantiæ ſuperiorum die, vel ſocordiæ nocte, an meritorum pedibus, vel interceſſorum equis, an per vocationis januam, vel Simoniæ feneſtras? Deinde quomodo huc uſque vixerint, an ſalaria comedentes, vel vineas Domini colentes, an accommodatione lingentes, vel repræhenſione pectinantes, an vanitate ludentes, vel conſcientia plangentes? Tertiò, quomodo egredi velint, an divitiis pingues, vel cruce exucci, an otio molles, vel ſacra aratione calloſi, an fama nitidi vel ingratitudine rugoſi? Ad quas cùm plerique Clericorum obmutuiſſent, admiratus Provincialis adoleſcentum temeritatem, ſeriò quæſivit, quibus tandem perſuaſionibus ad periculoſiſſimum pariter & laborioſiſſimum Ordinem ſint adacti? Reſponſum eſt: ita vulgò ferri, nihil addiſci facilius & clare expeditius, & tractari commodius, & tegere occultius, & tueri tenacius, & attollere ſublimius, quàm ſacrorum miniſterium. At ille ingemuit &, O ſeculi felicitatem, inquit, cùm Crucis Chriſtianæ duriſſimum & capitale miniſterium, quod Petrum Paulumque peremit, in lucrum & voluptatem converſum eſt!

50. ZIZANIA.

BEllo Grammaticali infeliciter confecto, cùm (quod Andreæ Guarnæ credimus,) Anomalorum, Heteroclitorumque brachia, cruráque diſſecta

dissecta, hinc inde dispersa tristi spectaculo conspicerentur. fuit ex victore milite quidam, cui id superbi trophæi erigere visum:

Est Zizania, sunt Zizania plura, niaq;

Id utut victis insultare creditum; victores tamen suspendit, ne Grammaticulus aliquis ex insidiis novas turbas cieret: unde in concilium vocatis quotquot ex vocabulis vivunt, res non sine strepitu agitata est, nec finis sperari potuit, animis ex recenti vel clade, vel fortunâ variè affectis. Tandem ex eorum numero aliquis, qui ad lippitudinem usque grammata percolunt, mysterium deprehendit, docuitque, non nisi accentus face lumen his tenebris adferri posse. Esse enim Zizania ex iis voculis, quæ in singulari penultimam producant, in plurali corripiant. Id cùm Poetæ ægrè audirent, ex grege quidam subito exorsus: Crediderim, inquit, nam pleraque in singulari liberè producta, in plurali rigidè corripiuntur.

APO-

APOLOGORVM CHRISTIANORUM Manipulus ſecundus.

Seneca.

Facile eſt auditorem concitare ad cupiditatem recti. Omnibus enim Natura fundamenta dedit, ſemenq́ue virtutum: omnes ad omnia iſta nati ſumus. Cum irritator acceßit, tunc illa animi bona, velut ſoluta, excitantur.

I. AMADISUS.



Franciscus Lanovius, cuius integritas diversissimis partib. probata est, haud ita dudum Amadisum Hispano Gallum, famosum impostorem, in vincula conjecit. Nam cum is in aula, & apud otiosos, tum fæmineum etiam sexum gratiosus esset, miris ludibriis animos hominum ad pessima quæque fascinavit. Nam & scelestissimā Necromantiam pro divina sapientia venditabat, & impuris libidinibus virgineum & conjugalem thorum polluebat, & ferocitate bestiali animos generosos imbuebat, & religionis legumque vincula dissolvebat, & vanis fabulis puriorem mentem occupabat. Unde accedente Magnatum favore, incantationibus, lenociniis, duellis, votis frivolis, & stulta imaginatione omnia opplebantur. Ubi innotuit rei periculum, intercesserunt pro amico Tristanus, Oliverius, Octavianus, Brissonetus, Gusmannus, Don Quixote, & innumeri alii nugivendi; sed & Rabelasius ac Merlinus, literati histriones, tum infames fæminæ, Biancefiora, Melusina, Magelona & consimiles aliæ; quas ubi primum intuitus est Prętor Lanovius, omnes scuticis palatio expellendos edixit: Satis nempe, inquiens, inclinare judicium humanum ad excusandas pestiferas nugas, nec opus esse tot loquaculis intercessoribus. Ipsum vero Amadisum, morum cor-

rum-

rumpendorum antesignanum, & cornuum versutissimum artificem, cum universa familia vivum comburi iussit.

2. AVRA POPVLARIS.

CUm sub Cruce obreperent filii Dei, esurirẽt, atque laborarent, quidam terræ filius humilitatem & simplicitatem dedignatus alas sibi aptavit, & aera petiit. Nec defuit conatibus fortuna, & condensata populari aura, afflanteque Favonio sublatus homo immensa spatia alarum remigio ovans, nec sine suspicientium invidia permeavit. Nihil jam credebatur felicissimo homini inaccessum, cum fama, opes, vires, scientiæ veluti subjugatæ famularentur, & ad nutum omnia succederent. Sed qui terras subjugarat, cœlo dominari nõ potuit. Unde cum venti tumultuarentur, ac omnium violentissime Aquilo ingravesceret, ille multum diuq; luctatus, tandem sublimioribus cessit, ratus auram inferiorũ, quæ prius extulerat, sustentaturam. Itaque in eam se librans, heu tenuissimam reperit, & minus quam araneæ telam ambitiosæ molis sustinẽtem. Unde gravi ruina in terram delapsus, & animã trahens, cum nec cœlum intueri auderet, nec auræ levitatem exprobrare liceret, nec terram implorare liberet, undique desertus, & sui impatiens, insuperq; Conscientiæ insultatione exagitatus, desperato consilio animam ejecit: *Vitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras.*

3. CAN-

3. CANDIDUS.

CAndidus. qui haud ita pridem rerum suarum prudenter & cordatè satagere videbatur, nullo animi morbo, nullo casuum infortunio in mentis alienationem incidit. Id ajunt homini accidisse credulitatis consortio. Nam cùm ea primùm fucatos amicos, streperos sophistas, versatiles artifices, lubricas mulierculas conciliasset, tandem Chymicum adduxit, malorum omnium lernam. Is namque Religionum Chaos, & curiositatis Labyrinthos, & Cabalæ tricas, & Astrologiæ compedes, & Magiæ tenebras, & revelationum ludibria, & thesaurorum mendicitatem, & fabularum portenta, & imaginationum somnia, & harmoniarum ululatus, & Sisyphios labores, & nummorum cribra & vanitatis jactantiam, & stuporis silentium, & temeritatis pericula, & Christianismi dedignationem, alia atque alia vitæ tormenta secum atulerat. Quibus in contubernium suum susceptis jam non Candidus vltrâ; sed ater; non rectus, sed tortus; non apertus, sed tectus; non verus, sed mendax; non integer, sed vanus; non sagax, sed tractus; non simplex, sed versipellis; non liberalis, sed prodigus; nō tranquillus, sed hians; non constans, sed lubricus; non liber, sed servus; cum amicorum stupore & condolentia apparuit: Nec tamen corrigi potuit, donec Paupertas ædes invasit, & expulsis tàm voracibus pecudibus, esurire hominem, sordere, & serò resipere coëgit.

4 CLAV-

4. CLAUDICATIO.

IAM olim graviter præceperat Deus, ne quid claudum mutilúmve immolaretur. At noſtra ætas, quæ turpiter claudicat, nec tamen à templo Dei vult abeſſe, aliquoties ſeverè admonita, nihil corrigitur. Unde nova quotidie mandata emittuntur; ſed quæ nemo ſubditus æſtimat, nemo Præfectus exequitur. En fidem, en recentiſſimum, quo ſub gravi pœna injunguntur, ut quiſque jubet, ita pareat; ut docet, ita faciat: ut audit, ita credat: ut legit, ita intelligat: ut videt, ita judicet: ut diſcit, ita proficiat: ut amat, ita ſuccurrat: ut ſcit, ita communicet: ut habet, ita det: ut ſentit, ita proferat: ut ſervit, ita ſequatur. Sed hæc lex ſaluberrima tàm ſit nihili, quàm ulla alia. At ne qua credatur contumacia, ſic eludunt claudicantes, fieri omnia ad eundem finem, ſi non ſatis ad præſcriptum. Nam eſſe, qui jubeant; eſſe, qui pareant: eſſe, qui doceant: eſſe, qui faciant: atque hac admirabili hominum diverſitate plures officiorum ordines cōſtitui, quàm operoſa illa & moleſta combinatione. Ita Lex DEI priſca per Novellam humanam antiquata eſt. Id cùm audiviſſet Auguſtinus, caſtigatiſſimæ vitæ exemplar, doluit, & ad ſuos reſpiciens: Benè loqui, inquit, & malè vivere, nihil aliud eſt, quàm ſe ſuâ voce damnare.

5. CORONA.

MAgna equidem eſt Fortunæ nequitia, cùm tamen ſubinde liberalem ſe & condolentem ſimulet. Quàm enim illudat hominibus, vel hoc argumento liquebit, quod Coronarum feſto, cum maxima eſt advenarum frequentia, Candidatis ſuis, maximo ære dato, admiſſis, ubi in genua procumbere, & deoſculari pedes juſſit, coronas è vili metallo, ſed auri ſpecie cælatas capitibus imponit, ac mox, cùm lubitum fuerit, magno impetu deijcit. Huic ſpectaculo cùm fortè intereſſet Athletarum Chriſti aliquis, ac oculis ſuis vix credens, latrones, opiliones, ſpadones, ſpurios, Monachos, Pædagogos, figulos, ſartores, lixas, & ex fece hominum alios coronatos intueretur, dolens humanam ſortem, qua virtutibus ſuccumbendum eſſet, non antè reſpiravit, quàm depoſitos & conculcatos tam infames reges cernens, Deo gloriam deberi agnovit. Ac tum ex fortunæ atrio ſe ſubducens: haud libet, inquit, venefica, tuas coronas operiri, & tantò levitatem tuam emere, cùm reſervata mihi ſit juſtitiæ corona, quam mihi Dominus reddet in illa die juſtus judex; neq; ſolùm mihi, ſed etiam omnibus, qui eius adventum amaverint.

6. CRUX.

CUm Crux Chriſti, Pædagogia noſtra, mores ſuorum recenſeret, & in profectus tolerantię inquireret, alios quidem reperit ad humanas propè omnes ſortes obcalluiſſe, alios uri, ſecarique, alios phlebotomias & ſcarificationes ferre,

alios verò vix summâ cute stringi posse; fuêre & quibus cor ipsum absque eiulatu perfodiebatur, sed & alij, qui leuissimas puncturas non patiebantur. Ut igitur singuli examen crucis sustinebant, ita alijs post, vel anteponebantur, graviter moniti, ut carnes nunquam remollescere sinant, sed ad calamitatum Solem siccare sedulò pergant. Id præceptum multos suspendit, quod arbitrarentur Patientiæ incrementa ad veram usque soliditatem ascendere, nec imbecillitatem delicatorum respicere unquam posse. At magistra falli eos docuit, idque communissimum esse, ut fortitudo nonnunquam langueat, debilitas subitò roboretur. Nec enim crucem alibi facilius, quàm qua cutis tenuissima, pungere; interdum tamen sine dolore strepitum facere, idque nullius spectatoris oculis; sed patientis sensui liquere. Hinc magnam persæpè crucis trabem, sed vacuatam leviter geri; contra amari ligni frustillum, sed solidum humeros graviter premere, qualemcunq; verò crucem à quovis athleta vel gigante sine sudore, sine tremore, sine anhelitu sustineri neutiquam posse.

7. *DEUS BENEDICAT.*

ASotia cum suis congregalibus, Crapulâ, Libidine, Blasphemiâ, Furore & ineptiâ commessatura, Ecclesiastica etiã adegit, qui patinis & cyathis benediceret. Cumque modesta essent combibonum initia, non repugnavit, quin à Deo optima quæque & salubria precaretur: at paulò pòst ubi variarum bestiarum vultus assumerentur, & frequenti ingurgitatione caput

nutaret, os fœteret, venter distenderetur, cor-
pus universum titubaret; cùm divini nihil, om-
nia Diabolica cerneret, quî se subduceret, variè
tentavit. At illi cùm impetuosè instarent, ut per
Deum voraginibus benediceret, & elevatis ca-
dis benedictum vinum identidem inijcere pro-
perarent, Ecclesiastes sudans & tremens, cùm
DEI contumeliam & bestiarum importunita-
tem hinc inde libraret, tandem conscientiæ sti-
mulis animosior, assurgens: Quid, inquit, an
DEUS benedicat ebrietati, luxuriæ, convitijs,
iræ, vanitati, & Satanæ apertissimo regno ser-
viet? Non faciet: quin potiùs maledicat vobis
DEUS omnibus. Nondum desierat, cùm orbium
& poculorum imber in hominem irruit, qui ta-
men sobrius temulentos, cautus stolidos facilè
effugit.

8. III. DIES.

CHristianorum laudabilis consuetudo est, Vi-
ctoris & Triumphantis sui Christi solennia
annua celebrare. Iis tres omnino dies consecra-
vêre, quarum primâ pulli omnes sunt, ac geme-
bundi, crucisque onerosæ repræsentatione, atra-
ti; alterâ die cineritiam vestem sumunt, habent-
que diem sacris meditationibus quietam, & pro-
fundissimo silentio tranquillam: tertiâ candidis-
simis stolis induuntur, & læto jubilo Regem
Regum comitantur, ita Passionis, Mortis, & Re-
surrectionis imagine, quam vesperâ, nocte, &
aurorâ consignant, universam vitam triplici do-
cumento informant, ut ad carnis jugum patien-

tiam,

tiam, ad ſpiritus ſilentium compoſitionem, & animæ libertatem hymnos addiſcant. Nam qui DEUM nec ferre, nec audire, nec laudare aſſuevit, eum nec amari, nec doceri, nec coronari à ſupremo Numine par eſt. Unde cùm Mundus feſtis ſuis diebus, primâ bacchetur, alterâ inſano furore tumultuetur, tertiâ deſperatione abſolvitur: ut omnino conſtet, à minimis ad majora, à triſtibus ad læta aſcendi; ècontra de faſtigijs ad infima, à tripudijs ad ejulatus & dentium ſtridorem præcipitari.

9. DUBITATIO.

NIhil periculoſius eſt, quàm rebus jam firmatis validisque aliquid velle deſiderare. Id namque haud ita pridem *Dubitationi* peſſimè ceſſit. Eſt ea & puræ devotionis, & ingenij ſubacti, & caſtiſſimorum, ac moru modeſtiſſimorū puella; ſed in reb⁹, quas non ſatis capit, æquo fortaſſe ſcrupuloſior. Itaque cùm Theologis cohabitaret, neſcio quid ob aliquorum diſcraſian hæſitans, ſtatim, ut hæretica & prophana, excōmunicata eſt. Inde ad Politicos divertens, vix *ſtatus arcana* leviter examinavit, cum rebellis increpata, & proſcripta eſt. Unde ad Literatos converſa, & de cœli terræque exacta cognitione, mentisque humanæ organis nonnihil dubitans, non minùs diros, & ſtuporem exprobrantes reperit, ſtilisque confoſſa ejecta eſt. Denique vulgi converſationem elegit, cuius & mores compoſitiores volebat, & ſenſus minùs hebetes: at illud fanaticam puellam non ferens, omni ſo-

cietate humanâ interdixit, voluitque in vinculis aſſervatam, ſuâ ſapientiâ cum nullius moleſtiâ perfrui. Ita undiq; deſerta, cùm nec conſcientiam, nec integritatem, nec ingenium, nec corpus ullo modo violaſſe ſurdis inclamaret, & iniquos omnes hominum ordines experiretur, ad Deum recti conſcia provocavit. Audijt juſtus judex, & per ſpiculatorem ſuum, Mortem, liberari puellam, ac tribunali ſuo ſiſtere juſſit; ubi auditis accuſationibus & reſponſionibus, quicquid rectum, ęquumq; erit, pronunciabitur.

10. *DVRERVS.*

ALbertus Dürerus, Pictorũ, & Orlandus Laſſus, Muſicorum facilè principes, quod ſuprema artium ſuarum faſtigia aſcendiſſe uterq; crederetur, amore inter ſe fraterno coaluerunt. Unde mutuis colloquijs ſeſe oblectantes, cùm Laſſus Dürerum percontaretur, quibus gradibus ad eam invidendam penicilli, cœli, ſtyli, pennæ, radij, cultelli, libellę dexteritatem ingenium ſuum extuliſſet, cùm ſingula integros homines depoſcant, nec pari alios felicitate reſpiciant: Cui Dürerus, & quomodo, inquit, mi Laſſe, tibi & gravitas, & ſuavitas, & artificium, & illi vivi affectus, tibi, inquam, uni conceſſa ſunt, quæ ſingula vix alij attingunt. Reſpondit Laſſus; equidem ſe neſcire, & ad Deum ingenuâ confeſſione referre. Tum Dürerus: Idem & me facere, inquit, par eſt, qui nec magiſtris meis, nec ſeculo, nec laboribus id debeo, ſed Numini, cui placet donaria ſua tùm ſubitò, tùm cumulatè effundere, quæ

re, quæ dum alij æmulari nituntur, & miserè fatigantur, & hæc, velut archetypa, longo intervallo ante se suspensa intuentur. Proinde nihil expeditius quàm se Deo veluti manum, tradere, ac animi serenitate parere, quibus si ille uti voluerit, nihil jam fatigatione, nihil & magnis ausibus & desiderijs opus; sed facili tractu omnia influunt, ac dimidiato labore perpetrantur. Nempe ubi Deus magister est, facilè discitur, quod docetur.

II. EPVLVM.

CAcoparadigmon, seculi nostri pestis, epulum instruxit Hermaphroditis, cui Christiano masculo nemini accedere fas fuit. Erat autem nec ferculorum, nec mensarum numerus; libet tamen aliqua recitare. Mappa huius Mundi schema erat, cui panis Vitæ generum impositus. Adhibiti dein Luxus Dapifer, Casus Structor, Vertigo pocillator. Primus missus ignorantiæ, inde jus legum, embammata consuetudinum. Secutæ appetitum carnes, vel Politiâ elixæ, vel tyrannide assæ, atque specie suâ ferinæ violentiæ, Aprugnæ ferociæ, suillæ lutulentiæ, bubulæ servitutis, vervecinæ stuporis, hœdinæ libidinis, vitulinæ licentiæ; ovillæ nulla ratio habita. Inter hæc Avium apposita vanitas, pavonis philautia, Meleagridis vindicta, Tetraonis phantasiæ, anseris loquacitas, tum Capus effœminatus, perdix stupens, palumbus vagans, alauda metuens,

anas uliginosa, & quæ ruspatur gallina, quæque nugatur ficedula; una neglecta columba. Postemodum varia piscium sequela, congri lubricitas, barbonis tenacitas, lupi voracitas, percæ mordacitas, salmonis prodigalitas, halecis acerbitas, nasonis sagacitas: tum Carpio otij, Asellus contusionis, funduli confusionis, cancri dubitationum, testudines oblivionis, ostrea titillationis, oculata temeritatis. Nec deerant pultes commixtionis, minutalia extenuitatis, lac credulitatis, butyrum opinionum, ova cogitationum, farcimina avaritiæ, gelu torporis, sinapi curiositatis, lardum æstimationis; sed &, quod inprimis recitandum erat, Sal literarum, Vina persuasionum quoque fundebantur, scilicet Creticum mendacij, Massicum Sophistices, Falernum jactantiæ, quin & mustum æstuum, ac Cerevisia furoris; sed aquæ limpiditatis magnum odium. Denique bellaria ex seculi moribus admota, Caseus obstinationis, artocreata politionis, tortæ facilitatis, placentæ consensus, Itria incurvationis, poma fortunæ, pyra cognationis, nuces societatis, saccarum imposturarum, quibus Cupediarum struibus convivæ infarcti, dum Christi pauperiem, jejunia, & sordes magno clamore strepituque explodunt, laquearia cœnaculi subitò solvuntur, tectumque superincidens epulas simul & epulones contrivit.

12. ERRO.

12. ERRO.

ERro, capitosum animal, ut valdè miserum sit, commiserationem tamen neutiquam fert. Nam in quascunque devias incidit, sive à Verbo DEI, sive ab humana ratione, sive à naturæ semitis abducant, rectissimæ omnino asseverantur. Si quis fortè moneat, ridet; si periculum commonstret, oggannit; si verioris itineris comitem invitet, reluctatur: si manus etiam inijciat, recalcitrat: unus quippe cœlum audit, & terram penetrat, marisque fundum adit. Vaticinatur sine eventu, urbes condit sine calce, morbos pellit sine panace, philosophatur sine cerebro, officinam habet sine organis: Uno verbo, ipse sibi summum bonum, ipse Magnesia est, & rerum omnium Compendium, alijs ludibrium: unam habet famulam, cui cohabitat, cui se concredit, cujus etiam judicium admittit atque imperium, *Consuetudinem*. Huic sæpè conqueritur, quoties falsus sit, quoties impegerit: at illa blandè solatur, & pergere jubet ad perfectionis fastigium. Ita miser in præcipitia & scopulos delatus, qui vates, rex, medicus, sophus, artifex, terrenumque numen aliquod esse cogitaverat, in mendaciorum, servitutis, morborum, ignorantiæ stuporisque sterquilinia decidens cum errorum sociâ, consuetudine, egens & pudens computrescit.

13. ERVDITIO.

AVdiverunt Grammatici Eruditionis arcem vertici montis superimpositam; ergo, ubicunque ædes collibus instructas conspexerunt, eò cum strepitu approperant, & intromitti petunt; sed falluntur. Nam quæ attollit, verior semita alijs atque alijs veluti diversorijs distincta, non nisi per subordinatas portas intromittit. Nempe paulò supra crepidinem montis prima domus, magistram alit, quæ bubulas juventutis linguas trifariam findit, inde in alteras ædes ascendere jubet, ubi & poliantur & acuentur. Postea sublimior arx succedit, ubi corpus universum, ac singuli articuli anatomiâ quadam sagaci examinantur, & ligamenta redduntur agilia. Inde elevatior alia mensuram, pondus & numerum Candidatis assignat, & rebus omnibus facit habiles. Mox aliud Castrum ad rerum actionem admittit, & humanis Ordinibus præficit, donec tandem ipsum Eruditionis palatium cœlo planè contiguum suscipiat, & tàm circumjacentem in profundo terram contemplari, quàm vicinam cælorum harmoniam exaudire, purioreque mente Divinâ conversatione perfrui sinat. A quo sanè fastigio immane quantum absunt, qui ad nescio quas speculas enixi, nihil nisi arborum cacumina contemplantur.

14. EXVLES.

ANti-Christus cùm post diuturna machinamenta Ecclesiam expugnasset, ut plæraque inclementer egit, ita in eos, quorum fortitudine impeditus hactenus erat, maximè excanduit. Unde etsi principum urbis vitæ bonorumq; incolumitatem pactus esset, tamen ne quid levitatis intermitteret, in vincula conijcere, & mortem interminari non est veritus. Erant autem Fides, Pudor, Justita, & Veritas: quibus exutis, & turpiter habitis, post longam vexationis moram, veluti maximę clementiæ loco, perpetuum est exilium indictum. Abierunt itaque mœstissimæ Virtutes, & civibus suis vale supremo cum lacrymis dicto, ad Olympicas sedes sunt reversæ. Inde, tanquam remotis arbitris, cùm Superstitio, Impudentia, Iniquitas, & mendacium in civium corpora grassarentur, nihil tàm dirum & nefandum excogitari potuit, quod non Anti-Christianis legibus sanciretur. Quod sanè ita malè habuit libero regimini assuetos cives, ut de spontaneo exilio multi consilium ceperint, atq; patriâ terrenâ carere, quàm sub Iniquitatis legibus qualecunque civitatis jus tenere maluerint. Sic itaque optimus quisque sentiet, ubi virtutes exulant, ibi, si regnum etiam detur, non esse cupitam civitatem.

15. FAMA.

FAma cùm in forum inanitatis, celebrium simul & obscurorũ virorũ imagines attulisset,

nemo alius emptorum plus vel ſpectatorum habuit. Videre licebat, imò emere viros cœlum apertum vel irradians etiam devotiſſimè ſuſpicientes, viros Geographicas tabulas acutiſſimis oculis intuentes, viros circino & perſpiciliis omnem naturæ compagem dimetientes, viros clavium copulis omnes mortalium Theſaurorum avidos invitantes, & quid retrogredior? homines armaturæ coruſcatione obvios quoſq; examinantes, homines Jovis fulmen inviolabili manu vibrantes, homines terram à cœli imperio eximentes, alioſq; indulgentiſſimâ Apellis manu delineatos heroas vel frigidiſſimum hominē ad virtutem excitantes. Quos cùm fortè, an ex compoſito adventans Præſentia eſſet intuita, titulis perlectis, emblematibus examinatis, carminibus æſtimatis, riſum non tenuit: & ad emptores converſa: Aut non novi hos, inquit, aut niſi in tabula tale quid nunquā apud eos vidi. Tum obſcurorum etiam miſerta: Quàm celebrandos, ait, obſcuramus! quàm celebramus obſcuros!

16. *FVNDVS.*

T. Varro cùm fundum emiſſet, & rem ibi ruſticam inſtituiſſet, ut adjuvantibus Numinibus rem ſuam faceret, duodecim Deos elegit, quos invocaret. Primùm, quos omnes fructus agriculturæ cœlo & terrâ continere putabat, Jovem & Tellurem; illum patrem, hanc matrem. Secundò Solem & Lunam, quorum tempora obſervanda, cùm quædam ſerantur & condantur. Tertiò Cererem & Liberum, quòd horum

fructus maximè necessarij ad victum sint; ab his enim cibum & potionem venire è fundo. Quartò Robigum & Floram, quibus propitijs neque Robigo frumenta atque arbores corrumpat, neque non tempestivè floreant. Item Minervam & Venerem, quarum unius procuratio oleti, alterius hortorum sit. Nec non etiā Lympham & Bonum eventum, quoniam sine aqua omnis arida ac misera agricultura, sine successu ac bono eventu frustratio sit, non cultura. Hac operosa superstitione imbu~~tus~~tus Varro, cùm variè fundum suum exerceret, nunquam nisi surdos Deos & sterilem terram, maximè verò fatigatum corpus habuit. Id ergò Christianus intuitus: ô demum felicem, si sub uno Deo laborare hic disceret! Nec enim fundus felix, nisi in uno Deo fundatus; nec aratio prospera, nisi sub ara unius Dei; nec colitur prosperè; nisi cum cultu unius Dei; nec metitur feliciter, nisi per metum unius Dei.

17. GEMMAE.

TOlerabilior esset impostura, nisi tanto sumptu & gravibus impensis fieret. Nam qui Crystallum ineptis & rusticis fucis imbuunt, & saxa gemmarum colore tecta exponunt, nihil minus habent jactantiæ, nihil prodigalitatis minus exigunt. Sed maximis titulis opus est, nempe ut gemmæ sapientiæ, gemmæ memoriæ, soliditatis, roboris, sanitatis, fortunarum, longæuitatis, amoris, securitatis, &c. audiant. Hîc videas ementium turbam se prementem, & nummos

projectos: hîc videas certantem cum nugatorum audaciâ, credulorum stoliditatem: hîc videas decipientium risum, & deceptorum confidentiam: hîc videas veri tenebras, & vanitatis æstimationem. Cæterùm cum se fortè & Christianus aliquis intrusisset, ac, numquid Pietatis quoque, patientiæ, humilitatisve gemmas haberet, esset percontatus, gemmarius effusissimè risit: Et quid ineptè, inquit, apud me saxa quæris, quæ quovis in luto reperias? Obstupuit Christianus, & ægerrimè è turba emergens: Apage mihi, ait, hanc vitream felicitatem, quæ dubiâ luce oculos perstringit, & in solidam Petram impingens, comminuitur.

18. *INDOCILITAS.*

CVM variè suam capacitatem jactitaret Ingenium humanum, una Mors ausa gloriationi obloqui, maximè omnium indocilem culpavit. Nam cùm id suis præceptis per aliquot sæpè lustra exerceat, semper minùs atque minùs proficere. Experiri enim, qui alijs mortem persuadeant, à morte abhorrere; qui alijs inferāt, subterfugere; qui alijs describant, adhuc nescire; qui jam possideant, ad alios velle transmittere. Respondit Ingenium, omnes artes, quas caperet, secundùm naturam esse; hanc unam, qua mori addiscēdū, præternaturalē. Obstupuit hic Mors Ingenij incogitantiam, & nihil magis naturę cōveniens, nihil tàm ubique in creaturis expressum, nihil denique ad Vitam naturalem expeditius contendit. Quin imò illa non tam præter-
natu-

naturalia, quàm monstrosa esse asseveravit, quibus homo, dum vitam servare & prolongare satagit, mille mortes, supplicia mille subit, facitque mortem vita longè optabiliorem. Interea simplicis & ad mortem semper paratæ vitæ homines, quod nec Dei Verbum, nec humana jura, nec naturæ præcepta, nec senij onus ab ingeniosis impetrant, ipsi nullâ scientiâ, nullis regulis addiscunt sponte, capiunt tenaciter, patiuntur felicissimè.

19. *INGRATITVDO.*

CHaritas Christiana, cùm ei cura Proximi injuncta esset, omnes inculpatæ tutelæ partes solicitè executa est. Nam & adhortando, ac deterrendo, & commendando ac corripiendo, & stimulando ac cohibendo, & alendo ac evacuando, & sopiendo ac exuscitando, quicquid unquam desiderari posset, adimplevit; hoc tamen salario, ut pro singulis amoris officijs colaphos singulos acciperet, & quod maximè mireris, lætâ facie exciperet. Jamque adoleverat pupillus & durioribus ictibus beneficam fœminam diverberabat, cùm Impatientia interveniens insanam hanc curam abijcere, & desperatum caput deserere multis verbis est annixa. At illa subridens; id hostibus tuis, inquit, suaseris, ut huius temporis vel potiùs momenti stipendia accipiant, & æternitatis præmia posthabeant. Hoc nempè est talentum

humi obruere, non dare mensarijs, ut cum fœnore accipias. Mihi verò vel interire certum est, ut hic undique consputa, flagellata, fustigata, irrisaque nihil omnino terræ debeam, omnia Deo meo grata feram, cui placuit nihil planè merenti infinita promittere, nullo orbis conamine ob inviolabilem Christi veritatem intervertenda.

20. INNOCENTIA.

INnocentia rectè agendo peccaverat. Cumquè in jus vocaretur, nihil expalluit, nempe judices omnes suo ingenio æstimans, jamque producta cùm hunc, illum, alium intueretur, quos viros bonos singulos crediderat, junctos non nisi æquissimos expectavit. Erant autem Athei, qui semper orare; & sanguisugæ, qui jus dicere; & barbari, qui omnia scire; & cœci, qui de coloribus judicare dicebantur, quibus cùm sese tutò Innocentia concrederet, eheu quàm procul aberravit! Nam cùm bonos revera laudasset, culpasset malos, quos optimos putaverat, malorum infamiam in se violenter receperunt, & bonorũ famam infamarunt. Non credidit hic oculis suis, posse sanctos improbare devotionem, posse justos adversari æquitati, posse eruditos dedignari scientias, posse vulgus abhorrere libertatem, & secum ipsa colluctata jam diffidere sibi cœpit, posteaquam suo judicio optimis displicuisset. Sed nebulas dissipavit nobilissima virtus, quæ innocentiam solata, lætâ fronte iniquissimum judicium expectare jussit, simulque hanc

hanc maximam ſcire, qui ſeparati ſinguli nihil innocentiæ exprobrare auderent, illos copulatos omnes maxima ei & indigna ſupplicia decernere.

21. ITA EST.

CAndor ingenuus, quòd vitia malorum liberiùs increpaſſet, capitis accerſitus eſt. Ubi convenerunt Judices, interrogatus Candor, an accuſationem agnoſceret; faſſus eſt, addiditque: Hîc ſto, non poſſum aliter, Deus me adjuvet. Cùm igitur colligerentur ſententiæ primus dixit: *Ita eſt*, ut garrulus ille ait: ſed id ſcire illum, curioſi; alios, periculi eſt: itaque tollendum cenſeo. Secundus: *Ita eſt*, ait, ut dixit: ſed quid, poſteritatem noſtros nævos ſcire, refert? Tertius: *Ita eſt*, inquit: ſed capita offendere minimè tutum eſt. Quartus: *Ita eſt*, ait: ſed turpitudinem ſuam nemo libenter audit. Quintus: *Ita eſt*, inquit: ſed oportet audacem eſſe hominem, qui talia proloquitur. Sextus: *Ita eſt*, ait: ſed cùm nihil emendatur, quid blaterare juvat? Septimus: *Ita eſt*, inquit: ſed quin hic ſua agit, & hęc odioſa omittit? quis enim hunc nobis judicem conſtituit? Octavus: *Ita eſt*, ait: ſed privatim potius monuiſſet, abſtinuiſſet à publico. Nonus: *Ita eſt*, inquit: ſed nonnihil exaggerata noſtra mala videntur. Decimus: *Ita eſt*, inquit: ſed minus artem veritati admiſcuit. Undecimus: *Ita eſt*, ait: ſed livoris nimis quàm multum habet. Duodecimus: *Ita eſt*, inquit: ſed quid nunc vulgi

vulgi publica fabula erimus? Ergo conclusum, quandoquidem omnino *ita sit*, nec tamen id prostare expediat, condonandam quidem homini adhuc fortè convertendo vitam; sed os maledicum omninò obstruendum, decretique in pœnam undequadrageni colaphi: quos cum patientissimè ab impuro homine sustinuisset, nihil nisi hoc Christi nostri subiecit: Si malè locutus sum, testificare de malo; sin benè, cur me cædis?

22. IVNCVS.

Riserat juncus vitem, quod & tardè admodum excresceret, & ob humanam gulam perpetuâ sarritione, pastinatione, putatione, religatione, pampinatione, cunctationeque vexaretur, dum ipse à nemine tactus, felicitate sua posset perfrui. At cùm paulò pòst Solis ardore uligo siccaretur, & humore ablato juncus tum emarcesceret, tum pecorum pedibus conculcaretur; Vitisècontrà quæ terræ ariditatem ferre didicerat, uvis & pampinis decora cœlum lætis capreolis aspiceret, ingemuit juncus, &, ô me miserum, inquit, qui exiguo me & fœtenti humori credidi, & scirpiculæ aciem abhorrui, cuius tàm felix & perutilis est amputatio. Itaque jam omnes inclamo, quotquot terrenis delicijs uvidi subitò assurgunt, nec carnis salubria flagella perpetiuntur, sed honoribus, divitijs, sanitate, fœcunditate, longævitate, pace florentes succo suo virent, ne deficientibus huius orbis lacunis

& exa

& exareſcentibus radicibus, quod minimè opinabantur, concidant & conculcentur. Gratulor autem viti, quæ & cœlo vivere, & terrâ acquieſcere, & ligonem ferre, & ſarmentis exonerari, & frigus vitare docta, tam germina propagat & traduces dimittit, quàm beato liquore nominis famam tuetur, ut omninò pateat, ſicca producere ſuccum; ſucci plena nimis facilè ſiccari.

23. *KECKERMANNVS.*

C. Plinius, ut de poſteritatis ſtudijs optimè mereretur, auſpicijs T. Veſpaſiani, nobile gymnaſium magno ſumptu inſtituit, & accuratiſſima diſpoſitione in claſſes, ſedesque ſuas diſtinxit. Ei præfecti ſunt Tutores Ariſtoteles, Cicero & Virgilius; Curatores D. Eraſmus, G. Budæus, & L. Vives Triumviri. Deerat Rector, quem cùm quælibet terra offerret, plurimorum tamen votis tandem eſt electus Barth. Keckermannus, vir clariſſimus, qui ut nominis famam & Gymnaſij dignitatem tueretur, omnem, quæ homini conceſſa eſt, ſcientiam alumnis ſuis propinavit. Collegam aſcivit Joh. H. Alſtedium, maximi ingenij hominem, cuius adiumento omnia facili atque eleganti ordine adminiſtrata ſunt. Unicum tantùm homines ſuſpendit, quòd cùm Rector ſibi multa & crederet, & credi vellet, Deo non omnia credere inſimularetur. Id quamvis non agnoſceret, aiebant, frequenti admirandorum ac miſericordiæ DEI examine cum Ariſtotele communicato,

nicato, non obſcurè id colligi. Doluit multis, capaciſſimum hoc caput Chriſtum non ſatis capere, & inutili hæſitatione, vel ſimplicitatis dedignatione tot præclara monumenta ab Orthodoxis abalienari. Sed & monere juventutem, neceſſe fuit, ut cætera omnia in hoc viro æſtimans, unam incredulitatem Rationis humanæ negligat, cogitetque quàm periculoſum ſit, ad illam judicij humani temeritatem aſcendere, quæ Chriſti meritum dijudicet: quàm durum ad eam ſcientiam pertingere, quæ Chriſti carnem non reperiat: quàm miſerum, eam fidem concipere, quæ Chriſti verbis liquidiſſimis, nec credere velit, nec poſſit credere.

24. *LABORATORIVM.*

EST in mediâ *Coſmopoli* maximum humanorum operum Laboratorium, quod infinitâ occupatorum varietate ſpectatores mirificè oblectare, & in multiplicem admirationem dividere ſolet. Id verò præ reliquis memoratu dignum eſt, videre ibi anxios & ſolicitos homines in rebus planiſſimè nihili. Sunt enim, nec numero pauci, qui maximâ ſeveritate ineptias imperant: ſunt plurimi, qui ingenti ſupercilio nugas docent: ſunt, qui ridiculâ ſuperſtitione fabulas aniles explicant: ſunt, qui multo ſudore quiſquilias coacervant, & inter ſe haud ſine ſtrepitu diſtribuunt: & inter hæc jurgia liteſque ob lanam caprinam, ob aſini umbram, ob fumum & fimum. Sed non deſunt, qui cùm otiari videantur,

tur, maximis operibus perfunguntur, qui laborant quiescendo, docent ludendo, corrigunt ridendo, ineptiendo sapiunt. Non illis anhelitus, nec sudor, nec strepitus, nec jactantia; sed maxima ubique dexteritas, & laborum abbreviatio. Hæc cum ambobus oculis contemplaretur Hercules, Laboratorium egressus, sanctè juravit, res hominum multis hyperbolis, æstuarijs, sumptibus, involucris, crepitaculis, cæremonijs, querelis peragi, reipsa futiles esse, faciles, umbratiles & ludicras.

25. MACIES.

XAnthus cùm non tàm pallidus, quàm osseus obambularet, & siccatâ cute indurataque per vicos crepitaret, Curiositas, quæ nesciebat Philosophum, sortem miseri dolens: Ehem, inquit, amice, quo tuo flagitio in pistrinum damnatus es? Et Xanthus corrugatâ fronte, Quem tu verò me, respondit, judicas? tum illa, Certè, infit, aut qui ad metallum, aut qui in scholam relegatus. Nequaquam, inquit Xanthus. Ergo Diaconus es, ait illa, sub moroso Decano? hic, non sum, subdit. Fortè ad Curiæ fores, pergit curiositas, famelico ventre jacuisti inter expectantes? At Xanthus: Id Dij prohibeant! Quid ergo te dicam? Curiositas nugabatur; Chymicum opinor fuisse, qui inter aureas spes ad clibanos suos & furnos exaruit. Risit Xanthus, & non vacasse, non licuisse etiam reposuit. Superest, addidit curiositas, ut Aulæ servieris struthionis ad imaginem

ginem capite minuto, collo oblongo, ſtomacho fervidiſſimo, pennis inutilibus, pedibus ſordidis. Cùm & illud Xanthus pernegaret, inſtitit Curioſitas, ut hecticam ſuam ipſe proderet. Tum ille cum gemitu & lacrymis: Eheu, inquit, malè nupſi! Non abſolvit verbum, cùm ſe Curioſitas cruce ſignavit, precesque concepit, ne inauſpicatum occurſum lueret, & ad Martyrem conversa: O te ſanctum, inquit, cuius omnia peccata hîc expiantur, nihil reſervatur Purgatorio reliqui.

26. MENDACIVM.

AVgur, Rabinus, Talismantur, & Miſſifex neſcio quo aſtro coniuncti, ut primùm alter alterum eſt intuitus, mutuam ſibi cœcitatem, & monſtroſam impoſturam exprobrarunt. Cùm nullus eorum accuſationem admitteret, & falſi crimē pro ſe quiſq; pernegaret, Pagano quidem Metamorphoſes, Judæo Talmud, Turcæ Alcoranus, Pontificio Legenda, Sanctorum obiecta ſunt, libri, quod Sol novit, ad miraculum uſque impudentes, abſurdi, impuriſſimique, ut & confingi potuiſſe, & credi ab ullo homine ſupra fidem fuerit. Ita portentis ubique cum auditorum ſtupore productis, cùm omnia humanum pudorem excederent, non intermiſerunt tamen ſinguli ſua figmenta excuſare, & veriſſima aſſerere. Quos cùm audiviſſet Ignatianæ peſtis quidam, auſus eſt omnium patrocinium promittere, homo fide Ethnicus, verſutia Verpa, crudelitate Saracenus, fronte Pontificius. Sed interpo-

fuit se Satan, haud quidem arti hominis atri diffidens; sed quod metueret ne genus humanum tot fabularum prodigijs ludificatum, jamq; pertæsum sapere, & mendaciorum structores abhorrere, simulque ad tartara pestiferum examen nebulonum deijcere cogatur.

27. MILES CHRISTIANVS.

DEsiderius Erasmus cùm terram propè omnẽ perlustraret, ut variè se accommodaret, nunc Theologi togam, nunc Monachi cucullum, nũc Philosophi pallium, nunc Pædagogi colobium, nunc Morionis etiam larvam, & habitus alibi alios assumpsit, aliquando etiam armatus cum machæra apparens, miles Christianus audire voluit. Cumque rideretur homo nec proceri, nec compacti corporis, ille torvum videns, & ensem vibrans, monstravit facilius se contemni, quam superari. Et sanè eam monstravit in sacris armis agilitatem, ut tum expediti, tum cauti militis munia dexterrimè obiret; neque fortasse felicitas conatibus defuisset, nisi eludere hostem & declinare, ac nescio quibus pacis induciarumque formulis circumducere, quàm debellare & profligere maluisset. Itaque cùm lentior & cunctantior videretur, quàm hostium furor & machinæ exigebant, Religio Christiana abalienatior esse cœpit, & ad togatam Reipub. curam hominem remittere: Exemplo posteritati notabili, ne quisquam contra DEI hostes lenior patientiorque esse velit, quàm charitas proximi requirit; sed fortibus ictibus, circumspe-

cumſpectaque corporis cuſtodiâ & inimicum frangat, & amicum tueatur. Cæterum Eraſmo militia hanc laudem peperit, ut, quiſquis robur & cor ingenioſæ dimicationi Eraſmianæ addat, is omnes numeros Militis Chriſtiani impleviſſe meritò dicatur.

28. MOLLITIES.

OLiverius Maillardus, Michaël Menotus, & Michael Barelerus, ſeculi cenſores acerbiſſimi, & amaræ veritatis inter ſuos interpretes impudentiſſimi, cùm noſtri ſeculi Oratorum civilitatem, & genus dicendi molle, ac Aulicum planè animadverterent, mirari ſatis & indignari non potuerunt. Itaque in eos acriter invecti, nullum contumeliarum genus omiſerunt. Sed Oratores id flocci facere, & ad concionem remittere, illi ſententiam ſuam paulò pòſt mutare. Nam cùm ſuo ſeculo auditores habuiſſent aſininis auribus & durìs ex corio valvis; hic tenuiſſimas auriculas & delicatiſſimæ membranæ valvulas obſervarunt, quæ vix dulcia verba & ornatu florida admitterent, nec minùs ad quamvis levem ſuſpicionem murmurarent. Unde irâ in condolentiam converſâ, cùm ſeculi huius impatientiam & præteritorum tolerantiam conferrent, linguæ ſuæ acutìſſimæ metuentes, cedendum huic ævo, & id circumciſis linguis, molliq; brachio relinquendum cenſuêre. Hanc namq; ætatem catellos blandos velle, non ferre moloſſos; & fiſtulas amare, non tubicines.

29. MVN-

29. MUNDI OFFICINA.

EST inter metallorum fabricas officina ferreis ſtaminibus trahendis inventa, forcipibus malleisque admodum ſtrepera: quæ, quia multorum curioſis oculis inviſitur, noſtram deſcriptionem non non præteribit. Principio ubi ferrum debite liquefactum, ad rotunditatem obligatur, inde foramen intrare cõſultum, cum formam ſuſcepit, ſuperiore contignatione per anguſtius foramen intenditur, poſtea magiſter artis alius iterum per aliud foramen coarctat, faitque flexibilius, id alibi repetitum tenuius fit, c aſperſo liquore ſemper minutiora foramina ngreditur: Superſunt denique pueri, qui in cirulos colligunt, & pro denſitate, tenuitateq; diriminant, deniq; recondunt. Id ſane ut ingeioſum; ita, niſi qui viderint, in credibile eſt, poſe durum metallum usque eo extendi, ut in Cyhara ad plectrum & digitum reſonet. Sed cauone opus eſt, ne rude metallum, ſed jam coum, & malleis contuſum ingeratur. Hos laboes ſive tractoriam molam cum ſpeculatorũ quiam eſſet intuitus: Sane, inquit, perſimile quid ud eos vidi, qui Mundi ſtipendia capiunt, qui ſi dociles non admittit & ductiles, quos iteratis mper anguſtiis, ad miram usque gracilitatem xtenuat, donec in vanitatis pandura expanſi, & conſuetudinum manu pulſati triſte ſervitutis melos concinant.

30. NISI.

REbus mortaliũ optime conſtitutis firmatisq; cum decoro ordine pro ſe quisque ſtationem ſuam ornarent, una Reipub. pernicies deprehenſa eſt, quam *Niſi* indigitarunt. Nã cum Princeps optime regeret, *niſi* ſubditos degluberet; & Sacerdos Veritatẽ annunciaret, *niſi* divinaret; & Politicus bona Civium cuſtodiret, *niſi* cleperet; & Juridicus leges explicaret, *niſi* nugaretur; & Medicus ſanitatem procuraret, *niſi* periclitaretur: & Philoſophus naturam indagaret, *niſi* ſc... mniaret: & Chymicus arcana ſcrutaretur, *ni*... mentiretur: & Pædagogus literas doceret, *ni*... ſaccum redoleret & Mathematicus Cœlum e... ploraret, *niſi* hallucinaretur: & Mechanicus a... tes excoleret, *niſi* bruteſceret: & Maritus dom... curaret, *niſi* divagaret: & uxor ſocias manus ju... geret, *niſi* diſſonaret: & juventus in ſpem excr... ſceret, *niſi* diſſolveretur: ſumma, *niſi* homo pe... caret, cætera omnia recte fierẽt: Senatus ampl... ſimus decrevit, *Niſi*, Deo invito, terra & aq... proſcribere. Sed non valuit edictum, quod N... tura intercederet, hancque rebus acredinem ... lubriter admixtam contenderet, quæ nos am... cionem illam, qua hominibus majores eſſe c... dimus, dedoceret, & quemque donis Cœ... litus ornatum, *niſi* terræ vitiis obſitum, evinceret.

31. OMNIS.

OMnis cum numerosam familiã aleret, quotquot bonos suscipiebat, pravo exemplo corrumpebat. Nam cum & Simoniam exerceret & varias extorsiones excogitaret, & turpissime sophisticaretur, & fœdis libidinibus, otiosaq; crapula luxuriaretur, cætera superbus & iracundus, *omnes* servos voluit & parere mandatis, & conspirare inventionibus, interim & pius dicebatur & justus, tum eruditus, probatissimæq; vitæ: de quo quisquis dubitabat, vapulabat. Unus negavit turpe servitium ex captivis Christianis, qui cum audiret, *omnem* velle imperare *omni*, cogere *omnem*, nihil veritus est cũ præsentissimo periculo *Omni* contradicere simul atque ire. Nam cum libertatis in Deo recordaretur, & nobilissimi Natalis, non potuit infame servitutis jugum, nisi cum cordata exprobratione, sustinere. Id *Omnis* animadvertens, & blanditias minis miscens, cum ad mortem usque resolutum hoc liberrimum mancipium deprehenderet, gloriç invidens non occidit: sed perpetuis tenebrarum carceribus condemnavit.

32. PAUPERTAS.

EXprobrabat Paupertati Nummunia rerum optimarum hujus Vitæ penuriam; at illa id animose pernegabat. Hæc ut fidem opprobrii faceret, pleraque Terræ donaria enumeravit, quæ neutiquam gratis, omnia pretio venirent: Religionem quippe vendi, emi jus, vendi dignitates, emi eruditionem, ac summatim amicitiam, te-

ſtimonium, defenſionem, opes, libertatem, no-
bilitatem, ipſam etiam vitam venalia; quibus o-
mnino ſit carendum, cui, quo emat, nihil æris, ni-
hil apud nundinatores ſit fidei. Paupertas vero
cum glorioſæ fatuæ imperitiam irriſiſſet, ad ſuos
converſa: quid vetat, ô mei, nos eſſe pios, ſi ma-
xime illi religionem ſuam ſibi ſervent? & bonos,
ſi jus denegetur? & honeſtos, ſi dignitates ab-
ſint? & rationabiles, ſi literis careamus? & cha-
ritate accenſos, ſi amici ſe ſubducant? & bonæ
conſcientiæ, ſine teſte? & abſtinentes, ubi opes
deficiant? & tranquillos in mediis vinculis? &
virtute cõſpicuos, dum alii nobilitatem jactant?
denique mundo mortuos, ſi nos illi vivere no-
lint? Certe ita Optimus Creator mentem, nobi-
biliſſimam noſtri partem, abſolvit: ut, niſi velit
nihil credat, concupiſcat, admiretur, amet; niſi
conſentiat, nemini pareat; niſi ſe perimat, nulli
neci, aut interitui ſit obnoxia.

33. *PLVS VLTRA.*

COſmoxenus cum in rerum omnium contem-
plationem, & ad Naturę usque theſauros eſ-
ſet admiſſus, nihil aut parum admodum viſus e
affici. Viderat Voluptatum tabernas, grandio
rum inſtrumenta, ſanitatis & agilitatis palęſtra
nec iis refectus, *plus ultra* petiit. Inde honorum
ſoliã, dignitatum ſubſellia, præeminentiæ pulp
ta, excellentiæ Cathedras contemplatus, nihil
extulit, & *plus ultra* petiit. Itaque ad artium a
miranda, naturæ rariora, dexteritatisq; ſpecim
na deductus nunquam obſtupuit; ſed velut qu
tidia

diana dedignatus, *plus ultra* petiit. Unde scien-
rum adytis reclusis, & Naturæ lampadibus
onstratis, cũ ingenii subtilitates & Divinitatis
æludia prostarent, leviter arrisit, & *plus ultra*
tiit. Nihil restabat, quo ulterius deduceretur,
isi obscurum horreum, quo Orbis rejectamen-
confuse & negligenter comportatur. Ea cum,
lut per ludibrium, cõmonstrarentur. Cosmo-
nus inusitato gaudio affectus lęto spectaculo
ulos diu pavit, nec saturari antiquitatum, sim-
icitatis, roboris, & commoditatis intuitu po-
it. Id quia mentis parum sanæ indicium credi-
m, hominẽ pridem gratum, invisum reddidit,
in Crucifixorum contubernium ejecit.

34. POENITENTIA.

Anctimonia & pœnitentia, cum devotæ pere-
grinationis sociæ esse voluissent, aliquot sta-
a emensæ, non satis inter se convenerũt. Nam
m Sanctimonia admodum properaret. Pœni-
ntia lente incedebat; illa ex solis calore rube-
, huic pallor in ore ex respirationis difficulta-
sedebat; illa erecto vultu tum cœlos, tum cir-
mjacentem omnem regionem intueretur, hæc
misso in terram vultu lacrimas spargebat; illa
minum errores & pigritiam ridens sæpe exul-
ret, hæc mortalium duram sortem lubricamq;
plorabat: Illa itineris secura, omnes salebras &
pulos ac præcipitia ipsa negligeret, hæc ca-
um vulnerumque conscia vel tuta etiam me-
bat. Illa mores hominum judicans multis
lta exprobraret, hæc imbecillitatem & nęvos

excusans, quam fieri poterat, silens præteribat. Illa nullius tempestatis patiens ad quamcunque graviorem auram se involveret, hæc corpus nudum cœlo & pedes discalceatos tribulis & spinis exponebat. His itaque moribus disparibus cum ambæ arctiori portæ appropinquassent, Pœnitentia quidem corpore gracili & indurato angustias penetravit, Sanctimonia autem nitido & involuto corpore expectare, dum jugi Crucis exercitio extenuaretur, siccareturque jussa est.

35. *POESIS.

POesis ex Platonis urbe profuga, cum apud Christianos divertisset, habitaretq; in conductis, haud propriis, ædibus: paulatim petulátius agere, & libidinari cepit. Itaq; in judicium vocata, cum de religione quæreretur, purioris confessionem testata est: cum de moribus, virtutū leges agnovit: deniq; omnem vitæ rationem sic à majoribus accepisse explicavit. Placuit equidem formosissima puella, visaque est, suavi eloquio, quicquid vellet, impetrare posse: sed rigidiores senes non intermisere de pietate ejus, & pudore dubitare. Quid enim sibi vellet frequens Paga-norum invisio, quid lenonum & luxuriantiū co-habitatio, quid os ad maledicendū & laudādum ad ridendum, quam lugēdum æque mobile. Re-spondit illa, Castū solidumq; pectus, quod Deu agat, nihil alieno vitio maculari. Tum Pruden-tius sic censuit, Cogitarēt Patres, an quem Deu unus verusq; inhabitat, Diis infamibus delect-ri possit? an cœlum sapiat, cui Venus, quam M

ria: Cupido, quam Immanuel: Musa, quam Spiritus S. Parnassus, quam Oliveti mons: Elysia, quã cœlorum regnum: fabulæ, quam Verbum vitæ in ore frequentius? an Christianum sit, vel laudibus, vel morsibus esse ad ruborem & formidinem usque immodicum?

36. POLYPRAGMON.

POlypragmon, quod in celebri Pansophiæ emporio famam suam, multis phaleris & hyperbolis sparsisset, multorum oculis auribusq; expetitus est. Jactaverat enim Catholici Hispanici compositionem, & encyclopædiæ Jesuiticæ subtilitatem, & harmoniæ macro & microcosmicæ concentum, & Magicæ Mosaicæ, Hermeticæ, Thyaneæ, &c profunditatem, & Spargiricæ Paracelsicæ sublimitatem, & linguarum omnium latitudinem, & mechanicæ Archimedeæ, speculationisq; Euclydeæ longitudinem, tum Orphei & Amphionis Lyram, & quæcunq; alia sunt inenarrabilia. Sed paucis diebus præsentiam suam mortalibus concessit, cum se universi orbis peragrationem debere, cum se Universo orbi deberi profiteretur. Vix abierat, cum nũcius claudus appulit, quem aiunt magnum hiatorem perpetuo subsequi. Is monuit longe infra famã omnia esse, & profundissima simulatione rẽ geri: Minas intra verba, mysteria inter characteres, artificium omne in affectatis tenebris consistere: cętera vana, inania, nec ultra hominum terminos. Id homines induxit, ut legem sibi indicerent, posthac vix centesimam jactantiæ partem credere.

37. PRAXIS.

VAcante in Republ. quovis munere, magnus solet esse ambientium concursus, quod sive felicitatis sit seculi aptis hominibus abundantis, sive temeritatis mortaliũ, rebus se pares nimium confidentium, sive conductorum socordiæ & avaritiæ, exinde otium lucrumq; captantium, in medio repositum sit. Certe Praxis circũspectior esse solet, & solicita magis: unde cum nuper munia Civitatis suppleret, Principem voluit, qui cũ *Decio* se saluti civium devoveret; & Ecclesiastẽ, qui, ut *Martyres* olim, ad palum alligatus concionari posset; & Jurisconsultum, qui *Papinianeam securim* minime reformidaret; & Militem, qui, *Coclitis* exemplo, hostes unus sustineret; & Medicum, qui sævienti *pesti* sese opponeret: & Philosophũ, qui *Vespillonis* officium subire posset: & Literatum, qui intra Syracusas suas instar mille hominum esset: & Civem, qui, velut *Curtius*, publicam cladem expiaret: & filium, qui penates, parentesq; supra omnia efferret. Hæ cum audirentur conditiones, turba dilapsa, non abigenda fuit ambientium importunitas: sed exorandus cordatorũ assensus, & condignis præmiis decorandus. Ac tum innotuit, parum esse, quicquid detur strenuis practicis: nimium, quicquid in verbosos theoricos insumatur.

38. PROCVRATIO.

ECclesiæ cura an ua est: quam cum die solito depofuissent Pammachius sacerdos, & Chry sogonu

logonus quæstor, electi sunt procuratores Philippus Mornæus, & Ioh. Spinæus, nobiles Galli. Id more suo rodit livor, &, quam, inquit, sagatos illos rufos decebit candida stola! quam pro plumata nobilitate apte stabit infula! Sed illi ob audientes scommata, in rem præsentem animose iêre. Et Mornæus quidem, ut vidit Ecclesiam advenarum cohabitatione maculatam, Paganos, Judæos, Mahumetanos omnes, ipsumque AntiChristum expulit: sed & Philosophiæ, quæ nimium exorbitaverat, frenum injecit: deniq. Pædagogium literatissimis Magistris replevit, & solidæ eruditionis templum instructissimumq; disputandi armamentarium extruxit. Spinæus vero moribus consulens, proscripta avaritia, ambitione, ira, libidine, Voluptate, aliisque in urbem receptis vitiis, ædes purgavit, & beatissimã tranquillitatẽ introduxit. Hac animi integritate cum Ecclesiam uterque beasset, & jam more solenni officia resignanda essent, grata juventus statuas bene meritis ex marmore erexit, cum inscriptione, qua uno anno sub his procuratoribus, quam sub Sophistica & hypocrisi integro seculo, profecisse apud posteritatem testabatur.

39. PRODITIO.

HOstis humani generis cum diuturna obsidione Politeuma, urbem felicissimam, cinxisset, nec vel occupationis, vel deditionis spes ulla appareret, à vi ad strategemata conversus, quatuor exploratores sive corruptores clanculum immisit. Primum Xyphin, qui luxuriã & petulantiam

conviviorum, vestitusque & omnis vitæ cultus
doceret. Secundum Koron, qui saturitatem, fa-
stidium, securitatem, impudentiam, contemptũ
legũ & disciplinę introduceret. Tertium Iphrin,
injuriæ, contumelię, contentionum civilium ob
res non necessarias susceptarum, studii alios per
ambitionem, fastum, superbiam, aut malevolen-
tiam premendi, odii, simultatum, motuum inte-
stinorum, seditionum doctorem. Quartum O-
letrum, quem omne exitium, ruina, & vastitas
consequitur. Quibus poliorceris effectum est,
ut, quæ invicta credebatur, Civitas, non tam sui
negligẽs, quam hostis contemnens civium ma-
nibus muri haud exiguam partẽ dirueerit, & ma-
lorum omnium equum Troianum intromiserit.
Unde hostis in devictos sæviens, non sexui, non
ordini pepercit: sed virtutum strage ubiq; facta,
& vitiorum fœditate undiq. dispersa, qui super-
erant ex iis, quib. invitissimis malorum illa qua-
driga intromissa est, oculis & manibus in cęlum
sublatis: Traditi sumus, dixerunt, nos & popu-
lus noster, ut conteramur, jugulemur, & per-
camus.

40. *SAMARITANVS.*

QVidam adolescens ex bonæ famæ regia ad
humanæ societatis oppidum contendens, in
rectæ Conscientię via in Calumniam, invidiam,
& fraudem, pessimos latrones, incidit. qui spo-
liata omni ante actæ vitæ sarcina, exutisque te-
stimonii vestibus, mendaciorum & amarulentiæ
profunda vulnera infixere, ac cum infamię mor-

te conflictantem reliquere. Ambulabat forte per eandem viam Patria, multis nominibus sauciato obnoxia: quæ, ut vidit, murmurans aliquid, condoluerit, an increparit, incertum, duro pectore præteriit. Postea insecuta Consanguinitas, quam communis origo movere debebat, nihil mitius egit: sed inclamari metuens, properato gressu se subduxit. Tandem ex iis unus, qui mundo invisi, sacræ stultitiæ stipendia merent, cum incidisset in alienæ sectæ miserum, exploratis ablutisque Christiana charitate & excusatione vulneribus vinum contemnendæ terræ, oleumque Theologiæ infudit, ac tolerantiæ asino impositum verioris contemplationis diversorio intulit: inde duobus nummis lucem victumque conduxit, & virtuti hospiti quam enixissime commendavit. Dicite, mortales, quis afflictissimo adolescenti Proximus fuerit?

41. SCALA.

Megalander, qui obscuro genere prognatus ad virtutum fastigia ascenderet, cum in gloriæ solio consideret omnibus aspectabilis, multos permovit, ut, quibus ille gradibus ad hanc dignitatem ascendisset, perquirerent. Aliis itaque arbitrantibus seculi sui felicitate usum, aliis fortunam nimium propitiam divinantibus, aliis in magnatum favorem causam conjicientibus, aliis sociorum fidelitate elevatum censentibus: ubi homini tot vanæ conjecturæ innotuerunt, plurimum risit, & ad curiosos illos conversus: Hem, si cui inter vos scapulæ

pruriunt scalã, qua ego enixus sum, inscendito. Ingenium mihi acuit contemptus, cùm nemo suffulciret, omnia meæ indagationi relinquerentur: artes docuit paupertas, quæ nisi fatigato cibum non præbuit: mores formavit Calumnia, cùm undiq; peteret, & in conspectu centoculorum versandum esset: labores imposuit invidia, ut pudefacerem, quotquot iniquius me censuissent: Opes servavit ingratitudo, cùm nemini fidendum, credendum nemini indeque nihil temerè effundendum appareret: Sanitatem dedit venenum, cùm per tot mortes immortalis, & Mundo immortuus Christo rediviuus redderer. Hæc cum audivissent delicati, Jam nemo, dixerunt, invideat stationi tuæ, ad quam per tot Cruciatus emergendum est.

42. *SEPVLTA VERITAS.*

VNi Deo potestas est mortuos exuscitare, nec nisi suprema indulgentia id homini concessum: at nos honorare sacras exuvias, & donorum Cœlicolarum habitacula in aliorum imitationem decorare fas est. Itaque cùm multis indiciis *Veritas sepulta* crederetur, illic effossa terra & post dierum aliquot labores sandapila haud magni sumptus reperta est. Cumq; ea extraheretur, titulus nullus apparebat, nisi paucissimæ hæ literæ *meo tempore*, & effractis asseribus Cadaver mutilum, fœdum, ac rebus haud recitandis oppletũ. Apparebat autem non balsamo & aromatibus: sed multis inquinamentis fuisse conditum: unde haud levi molestia est repurgatum, ac tum tabella ænea ad caput reperta, cum inscriptione

Veritas

Veritas, Dei filia, Sathanæ fraude, Mundi infectione, carnis mollitie, tyrannidis violentia, Sacerdotũ socordiâ, Politicorum malignitate, Historicorũ levitate. Gramaticorum stoliditate, & plebis stupore perempta, hic inter mendaciorum fimeta jaceo, post centum annos Soli revisenda. Salve posteritas. Id Epitaphium cum publicaretur, mixtum cum dolore gaudium excitavit: cum exprobratione præteriti, præsentis felicitatem consignavit Unde Sepulcro è marmore erecto, & Veritate sumptuosè recondita, tum Epitaphium ipsum suspensum est, tum superba hæc subscriptio addita: *Si Maiorum nostrorum temporibus fuissemus, non fuissemus eorum in Veritatis cade socii.*

43. SOMNIVM.

SOmnium, quod futura præscire, & arcana quævis revelare posse non inique creditur, in antro suo habitans, variè de rerum eventis à curiosorum turba consulitur. At illud plerunq; vel eludit homines, vel dubiis responsis suspendit vel obscurissimis oraculis intricat. Nec minus tamen frequenter ab insanâ multitudine obruitur, cùm quisque maxima quæque sibi obventura polliceatur. Vidi tamen, cùm ibi essem, hominem antiquæ virtutis & fidei, cætera simplicem, à somnio valdè benignè habitum, & multis de rebus, quæ mortalium ingenium superant, eruditum. Nam & religionis Ecclipses, & Reipublicæ rotationes & Naturæ abstrusiora aperuerat, quæ homo minimè ambitiosus apud se reconde-

bat Id aliquos movit,ut multis precibus à som-
nio contenderent,quid tandem ei in hoc homi-
ne usque adeò placuerit. Respondit. Somnium,
Mentis puritatem. Nam cùm alij vino olidi,aut
ambitione fumidi, aut avaritiâ sordidi, aut libi-
dinibus inquinati, aut quavis alia graveolentia
infecti compareant, nihil minus ab eo veritate,
nihil ludibriis citius elici posse: Castis verò, vi-
gilantibus,sobriis, & animo purgatis esse propi-
tium.

44. *SVPPLICIVM.*

AEAcus, apud inferos judex æquissimus, ut
maleficijs humanis debita supplicia irro-
get,ingeniosus pœnis esse solet. Nam cum pec-
cantes animæ hic haud rarò impunè abeant,quã
primùm descenderint,ex cuticulę maculis digno
scit,quid apud nos iniquè egerint. Itaq; Potentes
impatientissimis horis submittit: Sciolos elin-
gues esse jubet,ut artium tumore crepant: ambi
tiosos multo stercore coinquinari sinit:mẽdaces
denti frangibulo cruciat:luxuriosos perpetuo ge
lu obrigescere cogit: calumniatores invisã luce
ambit:invidos felicibus assidere,&bonis eorum
torqueri vult:avaros insatiabili fame necat : cu-
riosos densissimis tenebris damnat:duros libera-
litatis ignibus coquit:hypocritas veritatis dica-
citate exercet, & quisquis suppliciorum genera
singula enumeret? satis sit scire, *Contraria con-*
trarijs puniri. Quæ cum audivisset homo Dei
metuens, & proximi amans: Nunc demum, in-
quit,juvat bona seminare, cùm bonitatis ampla
seges expectatur. Nam ut illi apud inferos vitio-
rum

tum contraria metuunt : ita nos in cœlis virtutibus similia colligemus : nempè *ut contraria contrariis pelluntur: ita curantur similia simlib.*

45. *TEMPERAMENTVM.*

ALtercabantur Anima, & Corpus. Illa dolebat, quòd pigram gravemq; molem traheret, per quam nec sursum elevari, nec exoptatâ velocitate terras peragrare liceret; nec minus tamen saginari velle, & haberi blandissimè. Hoc exprobrabat hero suo turbidũ & impotens imperiũ, curiositatis Vertiginem, tẽtaminumq; temeritatẽ, quę nisi durissimo suo labore, ac perpetuis plagis nũquã perpetrentur: nec minus tamẽ laudari, honorariq; velle, & identidem ad novos errores adjuvari. Tum Anima in Corpus invecta: Infra omnia animalia debile & sensibus hebes, tum nudũ & brevioris durationis, sed & morborum myriadibus obnoxium culpavit. Et Corpus audentiùs Animam supra Dœmonum malitiam, supra brutorum crudelitatem, supra truncorum stuporem, & supra terenam omnem insaniam extulit : quæ illa audiens & exhorrescens: O tu meum, inquit, Corpus, id agamus potiùs, ut mutuo temperamento, tu à saginâ, ego à desideriis meis, abstineamus: ne, dum tu luxurias, ego evolo, mors insidiosa superveniens utrunq; abripiat, sistatq; implacatos Judicio Dei intolerabili.

46. *TRAGOEDIA.*

TRagœdia, quæ humanæ vitæ lubricitatẽ alio atq; alio dramate repræsentat, & temeritatẽ Ambitionis coercet, cũ nuper personas novę fa-

bulæ

bulæ suæ conquireret, ex magno numero sese offerentium pauciores, quam rebantur, admisit. Ajebat enim, non esse cujusvis ingenii, agere Tragœdiam. Itaque qui Theologum ageret, elegit hominem eloquentem, fervidum, & qui sanctitatem eruditioni conjunctam exprimeret: qui Politicum repræsentaret, hominem industrium, versatilem, laboriosum, affabilem: qui militem, hominem fortem, temperantem, patientem: qui Literatum, hominem, ingeniosum, multæ lectionis, variæ experientiæ: omnes nempè egregiis & conspicuis donis ornatos: sed quibus ambitio audendi materiam, & Dei desertio aggrediundi temeritatem indiderat. Nam qui stupent, nunquam assurgunt, nec ab hominibus æstimantur: sed rebus veteribus innutriti facilè acquiescunt, nec, si velint, immutandi instrumenta reperiunt. Illi verò, quò altius & Naturæ beneficio, & fortunæ applausu, & ingenii machinis, & populi cõsensu attolluntur, quò securiùs aëra pervolant, eò turpius ad minus notabiles scopulos ita impingunt, ut, qui Tragœdias aliis exhibuerunt, ipsi tandem Tragœdiæ nomen dare cogantur.

47. *VAE.*

PRæteribant fortè duo homines simplices: unus, qui Hierosolymæ quondam, alter, qui haud ita dudum Romæ tristissimo præsagio *Væ*, *Væ*, inclamaverant: quos cùm humana curiositas conspexisset, rata futuri conscios, & arcanarum rerum gnaros, multa super mundi periodo, super Regnorum vicibus multa percontata est. At illi rerum

rerum omnium ignorantiam professi, nescio quid incōcinnum sine regulis, methodo, & ornatu pro loquebantur: sed quod vel ingeniosissimi inventionem captū ve excederet. Visa est res eruditionis examine digna, quam illi non improbabant; sed admirari potius videbantur, & libentissimè sese subijcere. Cæterùm res suas, sive querelarum impetum nihil ad Eloquentiam vel Dialecticam quadrare suspicabantur: sed altiori indagini relinquendum. Erubuit hic eruditio, aliquid supra judicium suum in terris credi, maximè cùm divinitatis quandam societatem præ se haud obscure ferret, & tamen in nullius fuci simplarios vix aliquid durius ausa, spreto plebeiorum sermone, contentisque inarticulatis oraculis, ad elegantias suas & vocabulorum nitorem est reversa. Tum interrogati simplices, cur minùs cum Eruditione, fæmina Diis hominibusq; grata, conveniret: responderunt, Non liquere, nisi forte, quæ semper *Ave* hominibus occinere assueverit, *Va* inclamare impuro seculo penitus dedidicisse, arbitrandum sit.

48. *VALE.*

COsmoditus cùm molestissimi itineris periodum jam oculis prospiceret, & beatarum mēntium occursum, Patriæque verioris non, ut ille, fumum, sed suaveolentiam præsentisceret, non temperavit sibi, quin retrospiciens, comitum examen abigeret, & ad facilem ingressum semet expediret. Itaque expansis brachiis, Vale, inquit, Caro: salve flamen, disce ratio, doce Verbum, fuge

ge fama, redi splēdor, sile sensus, clama oratio abi aurum, veni satietas, vade ingenium, vige obsequium, cede voluptas, adi possessio, peri memoria, cresce oblivio, dele pœnitentia, fige emendatio, sine manus, cape fides, cave corpus, fide anima, dormi cerebrum, surge cor, dole præsens, gaude futurum, plora error, ride restitutio, luge libido, cane puritas, arde gaudium, riga lacrima, pave peccatum, ave remissio. Hæc ubi Mundi pertæsus, Cœli appetentissimus, dixit, multo inter Comites oborto risu, multis etiā ejectis scommatibus, sed & lapidibus in eum conjectis multis, ille dorsum tacitus obvertit, & quod itineris erat reliquum placidè peragravit.

49. VTILE DVLCE.

VTile rerum humanarum saluberrimum medicamentum, ut maximè sanaret ægros, tamen nescio qua sui amaritudine delicatioribus nauseam faciebat. Nam cùm ex morte, lege, ratione, Veritate, temperantiâ, patientiâ, speciebusq; similibus amaris purgans confecisset, quemcunque vel iniquitatis febri, vel ambitionis hemicrania, vel avaritiæ hydrope, vel voluptatum podagrâ, vel alio quovis vitiorum morbo correptum accipiebat, eum evacuatis intestinis non sine cruciatibus exercebat. Visum est hoc Æsculapio durius, quam pro humanâ temeritate, & utili dulce addidit, cujus interventu amaritudo temperaretur, melle & saccaro fabularum admixtis, ac inventionum lubricitate corpus afflictum perfluente. His pharmacis aiebat veteres sæpè fe-

liciter usos, & Christum ipsum, Medicorũ Principem, ijs multos sanasse, quos tetricus Pharisæorum vultus examinasset, cùm nec puerorum festivitas talia abhorreat, nec virorum gravitas dedignetur, nec senum morositas abijceat. Placuit remedium, &

Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci.

Nam quoscunque Vitiorum aliquod symptoma invaserat, ad electuaria, conserva, & condita properabant, cùm viderunt, æquè ridendo verum, ac increpando, dici posse.

50. ZACHAEVS.

ZAchæus cùm in publicâ disputatione thesin proposuisset, *Non remitti peccatum, nisi restituatur ablatum*: capitis periculum incurrit? Erãt n. quã multi, qui Ecclesiæ plurimũ debebant, nec tamen agnoscebãt sacrilegiũ: & qui Reipub. multũ, nec fatebantur peculiũ: & proximo haud parũ, nec furti reos dicere quisq̃ audebat. Omnes quippe nomen Regenitorũ sive Conversorum impetraverant, quantũvis spoliis alienis etiamnũ opulenti & conspicui. Nec minor erat hæredũ securitas, qui paternas possessiones quovis titulo corrasas, propitio sc. Deo adibant, nec Evangelio ulla ex parte contraibant. Itaque non tàm publicè irrisus Zachæus, qui corrasas opes restituerat, mulctâ insuper ei impositâ, imò & capitis quæsitus qui pestilentissimam propositionem evulgasset: Turbari nempè omnes ordines, ac invisum reddi atque difficile Christianorum nomen, quibus non liceret iniusta possidere. Ita Zachæus quidem obrutus: at non simul bona causa oppressa est. Nam maledictio, quæ comi-

tari fures perpetuò solet, Publicanorum ædes ingressa, quicquid pretiosæ supellectilis reperit, corrodente liquore conspersit: Cujus eam vim esse ajunt, ut metalla etiam in pulverem resolvat.

PHOEBI IVDICIVM.

Cum passim querelæ mortalium personarent, quibus hanc Vitam aut ejus administrationem accusabant, spes quidem facta erat Generalis alicujus reformationis, qua hoc universum in integrum, sive primum perfectionis statum restitueretur: verum ea ob magnitudinem & difficultatem negotij paulò pòst evanuit, ac quæsitæ aliæ particulares viæ, quibus hinc inde resarciendis nostris fissuris lenimentũ malorum afferetur. Itaque ad 30. Februarii anni huius currentis Phœbus, globi terreni inspector, diem indixit, ubi comparerent, quotquot hominum societatem haberent intolerabilem, & remedia audirent, quibus occurri defectibus posse videretur. Id promulgatum varie multos erexit, ut & trepudiantes tam desideratum diem collaudarent, & causæ suæ, ac querelis confidentes, adversantibus suis mala quæque minitarentur. Ergo ubi salutaris illa dies illuxit, non multitudo, sive exercitus, sed propè Mundus universus confluxisse visus est, & chaos illud, de quo tot & tanta Poëtæ fabulantur, repræsentari. Quod quia turbatum nimis Phœbo animadversum, in classes divisionem imperavit, quales alioquin humana vel industria, vel consuetudo excogitasset.

Ex

Ex ijs dignitatem reliquit Orbis terrarum Monarchis, & conqueri primos omnium jussit. Illi per Nic. Machiavellum, Oratorem suum, duo gravissimè accusabant, *Verbum Dei, & Conscientiam*: quorum illud foris, hoc intra latraret, & beatam illam omnilicentiam interpellaret. Iis succinere sanctulos aliquos, qui imperiorum arcana effutirent, quibus popellus redderetur in secreta eorum curiosior. Respondit Phœbus, posse ijs occurri *Atheismo, & Violentia.* quorum ille soporet, hæc obduret: sed superesse aliud quid formidabile, *Mortem*, cum quo transigendum sit, ne unquam hac vita excedere habeant necesse. Post heros accesserunt servi sive despotikyrii, quibus per Sejanum id displicebat, quòd, velut Erraticæ stellæ, lumine alieno fulgerēt, nec haberent aliquod proprium, inde extincto suo Sole, vel obtenebrato, statim obduci & variis populi vindictis exponi. Respondit Phœbus, Mirari impatientiam: jam dudum enim innotuisse, quàm ingentibus opibus se lucente Sole contra posteritatis minas muniant: Vereri tamen aliud ipsis metuendum, *Maledictionis* scilicet vermes, quę familiæ suæ felicem propagationem erodant. Secuti dein Nobiles per Crassum protulerunt: Pessimo exemplo hodie

1. Tyranni. 1. 1. *2. Exactores.* *3. Satrapa.*

die tot nobiles fieri, quorũ numero opes
exhaurirentur, & sanguis generosus di-
lueretur. Responsũ est, adferrent singu-
4. li suę nobilitatis origines & merita, ac tũ
Quæstores. de indignis & pudẽdis judicatũ iri. Mox
cõparuerunt quæstores, & per Marchio-
nẽ de Rosny petierunt liberalius salariũ
dari Nam cùm minimo alantur, nec mi-
nus tamẽ brevi pinguefiant, invidos ne-
scio quæ furta & dep̄dationes suspicari.
Respõdit Phœbus, hũc gryphũ ad Grę-
corũ literã Π ptinere, q̃ sciat nodos ne-
5. ctere & solvere. Successere milites quib.
Milites. per Thersitẽ miserũ videbatur carneam
massã pilis ferreis opponere, petebantq;
fieri invulnerabiles. Respõdit Phœb. ni-
11. miũ vivaces his morib. esse, quib tã fa-
6. cilè alij pares succederent. Post hos alia
Sacrificuli. classis audita, quorũ primi fuere Sacrifi-
culi, qui p Sergiũ, cui os porci verũ co-
gnomẽtũ, avaritiã auditorũ vehemẽter
sunt detestati Sed Phœb. placidè eos in-
tuitus, Acquiescerent, monuit: nã soni
& fumũ majoris equidẽ vendi nõ posse.
Secundi Jurisp. quib. Cępolla verba feci
7. contra Partheniũ quendã litigiosũ, my
Leguleij. steriorũ proditorẽ At Phœb. respondit
Bono animo essent: nã dũ Satanæ folle
spirarent, nunquã illis defuturũ haliti
8. Tertij Medici, quorũ interpres Iac. Sy
Agyrtæ. doluit, lanios ex pecudũ sanguine dit
scere, Medicos post insignẽs hominu
strag

ſtrages eſurire. Quos ut ſolaretur Phœbus, Veſpillonum inſuper artẽ exercere ꝑmiſit. Quarti Philoſophi, qui ꝑ Porphyriũ in Chriſtianã religionẽ debacchãtes abſurda & paradoxa ei exꝓbiarunt. Reſpondit Phœb. ſaperent illi huic mũdo, Chriſtianos alteri ſapere. Quinti Philomathes, qui magno numero Dialectici, exiguo Mathematici, ꝑ Longoliũ ægrè ferebant, Orbis regimen ipſis minus cõmitti, q ſoli volitarẽt. Reſpondit Phœb. caverẽt culicis Virgiliani fata. Sexti Philologi, Gramaticorũ turba quos Priſcianus pater, Deorũ interpretes eſſe voluit ſed ꝙ ſacrã illã unius Dei linguã minus callerent, à Phœbo rejecti ſunt. Octavi Poëtæ, quos Homer. cæcus ducebat, & Phœbo feſtivitatũ adminiſtros offerebat: quos ille cũ edentulos, elũbes, claudicãtes, & ꝓpudioſos eſſet contẽplatus, alio tẽpore redire juſſit. Noni Hiſtorici, quib. Beroſus fidẽ & authoritatẽ ſumã ꝓcurare ſategiſſet: niſi frequentius ſpectris & lemuribus fuiſſet territus. Sed & Chymici, genus hominũ ultra humanũ & hypercoſmicũ, cum Hermete ſuo apparuere, alioquin inviſibiles†, quibus hoc unum petitum fuit, ut ſub ſalvo conductu, opes ſuas porrò explicare liceret, neque fas eſſet, ulli carnificum tam ſacra capita violare, vel [in-]nectere. Aſſenſum eſt libenter, & privilegiũ à Phœbo con-

9. *Philoſophi.*

10. *Artiſtæ*

11. *Linguiſtæ.*

12. *Verſificatores.*

13. *Fabulatores.*

14 *Ciniflones.* † tactiles tamẽ et comprehenſibiles

bo concessum: Quisquis philosophalē illam petrā conficeret, haberetur inviolabilis: quisquis artē illā mentiretur, pē-
15. *Charlophili.* deret. Tandem nec Typographi, Bibliopolæ Bibliopegi, & hujuscemodi Chartophili abfuere, quibus, ut Gutenbergius aiebat, id doluit nunquā posse Mundum veris fabulis fucisq; satiari, se verò adornandis talibus vix sufficere. Quibus Phœbus respondit: Xanthum mare citius ebibiturum, quàm defuturam ipsis
III. mentiendi materiam. Atque simul alia Classis advocabatur, quam Urbanam
16. *Præfecti.* dixere: Ubi se primi intulere Præfecti, quos malè habebat, si Raimero Orco credendum, lex scripta, quam mallent ex pectoris vel cerebri scrinio peti. Respondit autem Phœbus, non fidendum iis scriniis, quæ ex moro fabrefierent.
17. *Consules.* Sequuti Consules per M. Antonium petierunt, quia molitoribus fraudi non sit farinâ conspergi, idem ipsis condonari ex fisci pulvere. Ij responsum acceperunt: videndum, ne dum pulvis è veste
18. *Scribæ.* excutitur, corpus simul vapulet. Postea scribæ urbiū per Perezium sunt precati, quoniam in intima Civitatis cuniculos egissent, liceret nunc pyrium pulverem substernere. Respondit Phœbus, periculum ingens subesse: nec enim constare,
19. *Senatores.* antè, an retrò vis pulveris feriat. Dehinc Senatores, quorum votum Blesus pro-
tulit

tulit, Liceret sententias per aleam ferre,
quando pleraque nescirent. Respondit
Phœbus, non prohibere, si à vino absti-
neant: alioquin oculorum nullibi fore
usum. Inde Institores per Midam in- *20. In-*
stitere, Bacchanalia quater in anno ce- *stitores.*
lebrarentur, quòd festum emendis ven-
dendisque vestibus sit exoptatissimum.
Respondit Phœbus, jam omnia Chri-
stianorum sacra in Bacchanalia trans-
migrasse, nec se videre, quod tempus,
quod festum sit reliquum. Mox Caupo- *21. Cau-*
nes per Apicium sunt causati, nisi coher *pones.*
ceantur aliqui sobrietatis & temperan-
tiæ præcones, nunquam ultrà urbi pro-
futura publica diversoria. Sed abnuit
Phœbus: & nescitis, inquit, plus vini e-
pulorumq; absumi januis clausis, quam
insignibus propendentibus? Insuper *22. Opi-*
& Opifices prodiere, quorum patronus *fices.*
Plinius inculpavit Seculi barbariem,
quod nesciret ingeniis artificum uti. Re
spondit Phœbus. Mundum vetulum
haud decere mundum, & immundę ter-
ræ nullam quærendam munditiem: esse
tamen plures, qui comant, quam corri-
gant. Porrò Agricolæ per Varronem su- *23. Agri*
um rationes acceptorum & expensarũ *colæ.*
à Civibus postularunt: quibus injunxit
Phœbus suum quoq; religionis & hu-
manitatis Computum adferrent. Sed &
Nautæ per Palinurum aquis infidelita- *24. Nau*

tem, ventiſque importunitatem exprobrabant: quos omnium hominum maximè temerarios avaroſque Phœbus increpavit. Tandem & Carnifices, ſi fas eſt proloqui, miſellorum ſortem miſerati per Cruciarium aurifabrum magnos fures, magnos latrones, & magnos adulteros, &c. ad ſupplicium depoſcebant, unde lucri maior ſpes eſſet. Sed reſponſum à Phœbo tulere, ſua agerent, ſuos Satanæ relinquerent. Abſoluta hac claſſe, alia, quæ Religionis nomen gerit, advocata eſt. Ubi primùm ſe exhibuere Judæi, non Abrahami illius ſanctiſſimi filii, ſed Synagogæ ſpurij, qui bipartito agmine hinc ſub Jeroboamo Samaritanos, Morboneos, Meriſteos, Phariſæos, Saducæos, Eſſæos, Rehabitas, Nazaræos, Galilæos, Idumæos, Zelotes, Sicarios, Menelaitas, Ammonitas, & cillinc ſub Mahomete Alcoranianos, Derniſchlianos, Zoffiliares, Horiſeos, & c. produci volebant, quibus id unicè quæſitum, ut quando olim ſint meras nuptias habituri, Liceret hic ſub uno aliquo capite earundem prædubia tentare. Reſpondit Phœbus, haud facilè id ab anguſto hoc loco impetrari poſſe, cũ nec Mare noſtrũ Judæorũ Beſemoth, nec terra Mahometi Aſinã capiat. Succeſſere itaq; Pagani, quorũ pater Cainus cum idolorum, dæmoniorum, animalium, ſtellarum, herbarum cultores,

25. Carnifices.

IV.

26. Iudæi.

27. Ethnici.

tum Epicureos, Stoicos, Magos tũ Canibale & ferinos planè adduxerat quib. anxiè requirebat, aut possent æternũ hic vivere aut planissimè mori. Sed respondit Phœb., vivere nõ posse, ne desit succrescentib. iniquitatibus locus: interire non licere, ne illa irregularitas maneat impunita. Postea & Christiani, sed. quib. Christus ignotus sub Simonis Magi condu- 28. *Christiani.*
ctu, & Latinorum, Græcorum, Indianorum, Jacobitarum, Marovinorum, Nestorianorum, Moronitarum, Armenianorum, Surianorum, Mosarabum, Moscovitarum, Bohemorum, Piccardorũ, Gorgianorum, Pseudoevangelicorum nominibus, solicitè expetierunt, quia infame esset, Crucifixum aliquem habere Patronum, pro Christo Chrysium liceret paucis mutatis colere. Respondit Phœbus, quando Crucem potius alijs inferrent, quam portarent, & Chrysio Christum inducerent, gratitudinis esse in optimè meritum Patronum, ne nomen etiam cum re demitterent. Post 29 *Persecutores.*
hos Persecutores ingressi, quorum Princeps Julianus valde iniquè tulit Religionis fœcunditatem, quæ millies accisa, incisa, concisa, excisa, semper pareret. Respondit Phœbus, eam esse Religionis naturam, ut nisi laxata, ditata, & pingue facta nunquam exarescat. Postremò & 30 *Hæretici.*
Hæretici innumero numero, & mon-

ſtroſiſſimis appellationibus ſe ſtatuere,
quorum advocatus Apollyon id auſus
eſt petere, ut quiſque inter eos urbem
quidem ſuam aſſignatam ſolus regeret,
cæterum cum vicinis pax perpetua &
fraternitas ſanciretur: impedire enim
mutua odia, honorum & opum ſimul
ac otii abundantiam, Reſpondit Phœ-
bus, placere pacem, quæ futura ſit, cùm
venti omnes ex eodem loco ſpiraverint.
V. Hanc claſſem alia excepit à Nationi-
31. *Aſia.* bus denominata: ubi, quotquot Aſiam
inſident, Orientis Principes magna ſa-
pientiæ ſuæ jactatione petierunt, quo-
niam exordia & Centra rerum omni-
um in Aſia quondam ſint fixa, ipſiſque
ſolis oculorum uſus conceſſus, reliquis
Terræ incolis, quibus non niſi dubium
lumen, inutiles oculi effoderentur. Re-
ſpondit Phœbus, haud videri nimium
pertinaces, quibus Chriſtus per univer-
32. *Eu-* ſum diffuſus eſſet inviſibilis. Succeſſit
ropa. Europa, quæ ob Eccleſiæ hoſpitium &
terræ incultæ quondam perutilem cul-
tum, armorumque indomitum uſum,
Orbis principatum appetiit. Reſpondit
Phœbus, Illum jam dudum Philippo
Hiſpaniarum olim Regi deſtinatum:
Vereri tamen, ne tempus Monarchiæ
33. *Afri* Catholicæ defuturum ſit. Inde Africa-
ca. ni comparuêre, quibus id curæ fuit, poſ-
ſent ex omnibus religionibus & politi-
is unum

ris unum aliquod Simulacrum, quod colerent, fundere. Quibus Phœbus respõdit, raro sic coagmentari æs & lutum, ut diversarum tempestatum injurias diu sustineant. Postea America accessit, quę reformatores & Apostolos suos omnis crudelitatis accusavit. Respondit Phœbus, illis C. Cæsaris, his Apostolicam mortem deberi. Advenere etiam Arctici, quibus cum Belgis litigium, quòd ab Europa dissecare conarentur: quos bono animo esse & frigere jussit, Nam Chartam, quàm glaciem, scindere esse faciliùs. Sed & Australes Antarctici Magellani proditionem culpavere, quoniam cum Christianis Christiana immanitas esset formidabilis. Respondit Phœbus, jam terrefactos esse Gigantum virivotorum picturis, nec facilè rediturus. Hos omnes secuta est rerum Memoria, cum amanuensi suo Charactere, conquestaque est de partium Orbis dissonantia Nam in ortu sinistrorsum, in occasu dextrorsum, in septentrionibus deorsum, in Austro sursum scribendum esse. velle autem ex his unum quod omnibus commune fiat, eligatur. Respondit Phœbus, meminisset Crucis, quam in Palæstina, Orbis veluti centro, fixisset Deus, qua hoc universum carere nunquam possit. Denique & Politia admissa est, cui cum Deo ipso non benè

34. America.
35. Arctici.
36. Antarctici
37. Memoria.
38. Politia.

convenit. Ajebat enim, ingeniosissimas structuras, exactissimas regulas, subtilissima strategemata ab ipso disturbari & dispergi, secretissimaque revelari, prudentissima irrideri, robustissima confringi: sed & æterna habita finiri. Risit hic Phœbus, & conciliari cum Deo, inquit, potes: opponi verò ei, nisi tuo damno, nunquam poteris. Declinante autem
VI. jam die, Una etiamnum Classis admissa
39. *Natura.* est, Universitatis dicta. Hic prima comparuit Natura cum ratione & impetu, & in homines graviter invecta petiit, quando homines omninò brutescerēt, liceret brutis ratiocinari. Respōdit Phœbus, non videri: nam si una ratiocinantium species Orbem tantopere affligat, quid de tot animantium speciebus futurum arbitretur?
40. *Ars.* Secunda Ars, cum ingenio & labore, artificum filios duriter increpavit, quibus nec capita essent, nec manus, & officinis tamen præficerentur. Respondit Phœbus, Naturale id esse, præmansum cibum pullis otiosis ingerere.
41. *Creatura.* Tertia Creatura, quæ de senio suo & defatigatione, ac hominum ingratitudine, importunitatéque conquesta, Consolationem à Phœbo audivit, non abfore diu supremum judicii severi diē.
42. *Tempus.* Itaque alacrius Tempus erat inquit quod & ego deplorarem: sed quia imminere audio liberationis nostræ diem abbo equidem Magnatibus furorem &

Silentiariis deglubere, & Satrapis insolentiã, & Quęstoribus furta, & Militib. sacrilegia, & sacrificulis hypocrisin, & Leguleijs rixas, & Medicis cædes, & Philosophis vertiginem, & Artistis imperitiam, & linquistis balbutiem, & Versificatoribus grallas, & Historicis nugas, & Chymicis fumos, & chartophilis fabulas, & Præfectis violentiam. & Consulibus peculatum, & Scribis proditiones, & Senatoribus annuere, & Institoribus corrumpere, & cauponibus Vinolentiam, & Opificibus Vanitatem, & Agricolis fraudes, & Nautis impietatē, & Carnificibus barbariem, & Judæis usuram, & Ethnicis cœcitatem, & Christianis blasphemias, & persecutoribus inquisitionē, & Hæreticis labyrinthos, & Asiæ metamorphosin, & Europæ libidinem, & Africæ dolos, & Americæ stuporem, & Arcto gelu, & Austro immanitatem, & Memoriæ circulos, & Politię somnia, & Naturæ imbecillitatem, & Arti deliria, & Creaturæ lippitudinem. Ego verò vicissitudines passionesque meas sustinebo, dum Deus universi hujus aliquando misereatur. Tum Phœbus: Benè tu meum Tempus, quòd me universali judicio in hos omnes levasti. Cæterùm quia hæc dies malis tantùm, & qui à verò bonoque degenerant, recensendis insumptus est: Bonorum ve-

rò in singulis vitæ Ordinibus non contemnendus superest numerus, illis ad sua cum opprobrio remissis: his diem in crastinum indicimus, ubi Virtutum condigna elogia atque præmia audiant simul & accipiant.

DEO GLORIA.

MYTHO-

150.

MYTHOLOGIAE.

CHRISTIA-
NAE


Liber Secundus.



ARGENTORATI,

Sumptibus Hæred. Lazari Zetzneri

M. DC. XIX.



Viro vndecunque NOBILISSIMO,

Dn. VVilhelmo von-der Wense, &c. Equiti Luneburgico.

Fautori, & compatri suo honorando.



Emo, qui Te novit, Vir Nobilissime, ex me quæret, cur his meis Apologis Patronum elegerim. Nam cùm passim Tuis virtutibus, omnibus ordinibus cum admiratione satisfeceris, fatendum est, ad Te, velut exactissimum arbitrum, rerum humanarum ideas dijudicandas meritò deferri. Hoc superest, ut sciant etjam benefactorem, & amicum mihi fuisse, ac minùs dubitent libertatem eam condonare, vel dissimulare, quam Tu tot nominibus & imaginibus vir nobilitatus foveris & amaris. Accipe

verò hunc libellum, si alij nolint, Tibi, & ejus memor esto, qui dum vixerit, nec oblivisci Tui, nec præclara tua donas satis collaudare poterit. Vale. 1. Ianuar. An. 1619.

T. E.

officiosiss.

IOHAN. VALENTINUS Andreæ.

SALV

SALVE ITERVM, LECTOR CHRISTIANE, ET candide audi.



Os fuit nonnullis Regibus terras suas dissimulato habitu aliquando circũire, & quod vulgi de iis esset judiciũ, intra libera plebis conclavia explorare. Nam cum veritate nihil sit aque necessarium hominibus imperanti, nunquam ea tamen in magna fortuna intuitu adeo libera est; quam cum sub casula umbra veluti nugatur. Hinc Eclogis, & Bucolicis atque Apologis in Republica locus datus, quibus pastorali libertati sua querela, sua simplicia judicia indulgerentur, ac veluti sub dio emissa voces essent innoxia. Sic enim ab omni avo magnanimitas sensit: uti cogitationes hominum constringi nunquam possunt; ita non inutile esse interdum linguas relaxari, qua si maxime non semper sapientia & prudentia litãt, nobiliorem tamen mentem multorum non secius admonent quam imperita agrotantis querela sagacem Medicum. Contra fit à tyrannica pusillanimitate, qua, quia sub se servilia omnia & repentia esse vult, angue pejus odit, quisquis mutire audet, aut imperii turpitudinem accusare. Vnde calamos, fistulas, versusque ita enervare oportet, ut qua nostra atate fuere turpissima, posteritati, compta & sacrata transmittantur. Caterum sive Deus veritati identidẽ vindicias excitat, sive hu-

manum ingenium infamis silentii est impatiens, nescio quam contra omnes vires atque minas subinde Tityrus aliquis emergat, qui cum Melibæo suo sub fagi tegmine liberius fabuletur, cantilenisque, etsi non satis politis exactisque, circumfusum rusticum genus arrigat, & applaudere faciat. Cujus hunc usum esse ajunt, quod urbana continentia, sibilisq; terrefacti, hac ruris laxitate sonisque deliniti, alacriores durissimis laboribus insudent. Idem in castris evenire solet, ut, qui manu sunt strenui, non ob unum alterumve liberius verbum exauthorentur, quinpotius Alexandrum, Pompejum, Carolum, cognomento Magnos, & nostra ætate non minores Carolum quintum, Consalvum, Heinricum quartum Gallum, bellatores felicissimos, liberis, linguis & calamis delectatos, atque ob id velut ingentis spiritus heroas laudatos legimus, dum Nero, Heliogabalus, & alia hominum feces inter extortarum adulationum, sterquilinia computruerint. Quod vero de Magnatibus cum laude atque vituperio dictum nobis id seculi nostri vitio ad minorum gentium, quos ajunt, Deos referendum est. Nam ut sacrorum probati antistites, juris laudati antecessore, sanitatis felices servatores, scientiarum ingeni[...] si thesaurii, literarum periti informatores, l[...] benter ac benigne ferunt, si quis de Ecclesiæ mac[...] lis, Reipublicæ vulneribus, corporis cruciatibu[...] ingenii tenebris, scholarum pulvere officiose m[...] neat: ita insolens aliqua pestis invasit Sacrifici[...] los, Legulejos, Agyrtas, Phantasticos, & Abeced[...]

rios, ut, quod contra Mahumetem, Antichristum, Phalaridem, Epicurum, Endymionem, Thersitem, Sinonem, & alia orbis inquinamenta pastorali tibia efflatum est, ferre non possint: sed velut de se dicta, quacunque Mundus impura habet, vah quam indecora confessione quiritentur, ac quo sunt humanæ societati inutiliores, ita intractabiliores, neque ullius salsioris dicteriis patientes reperiantur. Cujus si quis forte causam quærat, nulla est evidentior, quam quod specui suo inclusi, umbrisque rerum occupati, universi orbis compendium, sanctitatis summam, eruditionis ideam, literarum Monarchiam, Naturæ secreta uni ac soli possidere temerarie sibi, an ridicule, persuadent: quoniam in veritatis patulam lucem, & scientiarum latissimos campos expatiari nunquā licuit: Vnde de rerum Vniversitate, velut suo carcere: de orbis bibliotheca, velut Abecedaria tabella: de atrio heroico, velut triviali Pædagogio: de linguis, velut Orthographia sua ineptissime judicant, &, quicquid utres non resonat, cum Apollinis Cythara fimeto suo pellunt. Ac videre est homines obscurissimos nec unquam Parnassi mœniis ad missos metuere, ne Hebræorum ænigmata, Græcorum lepores, Latinorum nervi, Hispanorum cothurni, Italorum aculei, Gallorum sales, in se unos incurrant, scilicet quos ingenii acies supra mortalium sortem, ad invidendam summi boni possessionem evexisset cum nondum Bibliopolis, nisi valde propinquis, innotuerint. Nec satis est ingeniis liberioribus omnibus irasci,

nisi

*nisi & pœna iis statuta sit, si qui extra caulas e-
ruditionem requirant, aut forum petant litera-
turæ aliud, quam suum. Hinc Corydoni & Me-
nalcæ, Mopso & Thestili non licet alio mercatum
ire, quam ubi est opinionum palearium, ibique
studiorum herbas commutare; quæ si me forte ini-
quior dicatur, veluti minus Theologica, minusve
Philosophica aut literaria, fulmen capiti immi-
net, ac præsentissimum exitium. Nam quis ausit
vitam Christi urgere absq; fanaticum crimine?
aut Iustitiæ aliquid exprobare, absque rebellionis
accusatione? aut Galeno aliquid addere, absq; ne-
cromantiæ suspicione? aut Aristoteli aliquid ne-
gare absque Peripat. murmure? aut Ciceroni ali-
quid obloqui, absque Grammatistarum vindicta?
quamvis revera non hi Eruditionis principes, sed
asini illi Cumani tangantur potius, qui sub leonũ
exuviis & antecessorum fama territant. Quæ ve-
ro major posset obtrudi indignitas, quam adorare
oportere, qui sub divinorum colloquiorum, & S.
Spiritus agitationis simulatione, aurum, cupe-
dias monadesque clepunt? & venerari eos, qui in-
ter regni affectatas vigilias, munimenta nostra
perforant? & admirari eos, quibus somnia sua,
Naturæ arcana dicuntur? & alere eos, qui nomen-
clatoribus Sophiam impugnant? nisi superessent
libertatis vindices, religiosi Patres, integerrimi
Politici, acutissimi Philosophi, versatissimiq; Phi-
lologi, quorum robore Patriæ Religio & incolumi-
tas, tum eruditionis flos, servatur, atque defendi-
tur. Vnde quicquid illis invisum, his gratum:*

quic

quicquid turbidum illis, his placidum; quicquid seditiosum illis, his Patriæ Veritatisq; amans creditur, nec lividi illi tam sunt, quam hi nostri seueni. Furunt illi, hi rident; proscribunt illi, hi tuentur; conculcant illi, hi erigunt; & si quid minus limatum, candide recensent. Hinc Veritas etiam afflicta satis bene habet, si bonis, quantumvis paucioribus, non displiceat; & Tyrannorum rabiem minus reformidat, si palam appareat & magno consensu accusetur turpitudo. Quis enim non obstupescat in universi orbis fabula, ubi nunc Romani Præsulis hypocrisis, nunc Tyrannorum sanguinaria consilia; nunc Politicorum inauspicata nugamenta; nunc literarum hypocrisis, impietas, lascivia, dissensio, tenebræ, atque permulta alia non unius climatis, sed hemisphærii nostri incommoda accusantur, homuncionem unum atque alterum usq; adeo irritasse, ut in publico spectatorum omnium silentio, & tacito judicio, ipsi soli non Socratica magnanimitate, sed Xanthippea impatientia assurrexerint, & suam injuriā, suam imaginem, suam Virgam exclamarint. Bonum factum! Ecquis enim auriculas sordidas, tergum cicatricosum, & caudam olidam agnovisset, nisi asinus ea sibi vindicasset: & tamen huic non magis deberentur, quam illi, aut alteri, si litigare cum asino liberet. At quia magnis juramentis sua contendit, patiamur nos vinci: quoniam rem haud magni momenti perdimus. O insanos, si sacrilegia, si Bacchanalia, si lupercalia, si sophisticā, si histrioniam, si hypocrisin, si opinionem, tandemque

quegehennam excuſare, imo & collaudare ceperi-
mus, & linguas renitentium perforare! Sint ſa-
ne prodigi, avari, ſuperſtitioſi, Epicurei, temera-
rii, abjecti, adulteri, eunuchi, garruli, elingues,
quales ſcilicet Mundi princeps numeroſos habet:
ſed & ſit, qui improbet: quod quia Sarabaytæ a
Rabini noſtri prohibent, neſcio an digni ſint obſe-
quio. Illud equidem Veritas cum ipſo Veri fonte
Deo, teſtatur, nunquam credidiſſe tanti ſuperci-
lii, tantæ impudentiæ, tantæ ſtoliditatis homines
quos haud ita pridem literarum proceres credi-
dit nunc impudentiſſimos impoſtores deprehendi
Quidenim, per Deum immortalē, Rempublicam
turbare poteſt, ſi Eccleſiaſten moneamus, vocati-
nis primum Divinæ janua ovile Chriſti ingredia-
tur, non parietes munuſculis aut conſanguinita-
te perforet: dein exemplum doctrinæ addat, &
imitatione Chriſti præluceat: Crucis Chriſtian-
ligno potius, quam Mundi crepundiis delicietur
Eccleſiæ lumina & Martyrum robur potius, qua
terræ mercimonia æſtimet? Quid improbum e
populorum paſtorem orare ſui gregis, quam ex
ticorum. potiorem curam habeat: ſudorē & cru-
rem ſuorum parcius expendat: tentoria Dei (
ſacra aulæa ſpoliari, majorumque pietatem viol-
ri non patiatur: Iſraelitis Ægyptiacos quæſtor-
non imponat: Patriæ ſuccū ſanguiſugis non pe-
mittat? Quid abſurdi, literatis exprobrare Hiſ-
riam fucatam, Phyſicam incertam, Ethicam in-
tilem, Matheſeos, ignorantiam, Rhetorices me-
dacia, Logicæ ſupercilium, linguarum impe-
tia

[..]am, atque inter hæc tam innumeram adolescen-
[..]um perniciem, intolerabiles sumptus, & ridicu-
[..]s graduum indifferenter venalium gesticula-
[..]tiones, denique chartacei regni severitatem, li-
[..]brorumque chaos quibus sane nec Christo, nec hu-
[..]mani ingenii nobilitati aliquid confertur? Et
[q]uis tandem impediat, vulgus admonere mortis,
[a]dmonere animæ, admonere judicii, admonere
[c]œli, vel, si hæc sublimia nimis sunt, admonere
[r]ationis, laboris, temporis? Nec tamen effugimus,
[q]uin patiamur phaleras è cathedra, minas ex cu-
[r]ia, stilos è schola, saxa ex foro, & id genus alia,
[a]b iis, quos lucis ob malefacta in mortales, pudet,
[i]mo qui mortalibus subputent. Nam si collecta ve-
[l]imus, quam turpib. factis permulti talium fun-
[c]tiones, ordinesq; suos macularint, quam sordide
[m]unusculis & nummis alienis inhiarint, quam
[l]ibros, si quos habent, situ & squalore obductos ab-
[s]conderint, nõ centuriæ, sed chiliades exprobratio-
nũ scribendæ essent: quamvis nec ipsi sibi vel lin-
[g]ua vel calamis pariunt, unde permulta ac, ut in-
[g]enue fateamur, prope omnia ab ipsis didicimus,
cum illorum dedecore ac indignatione iterum re-
petenda. Agnoscitisne vestra verba, Morosophi,
vestras querelas? vestra murmura? qui aliquan-
do Pasquinum vobis optabatis, vel Marpho-
rium, cui id liceret: quod liberet vobis? Nunc
ubi pulverem aliquantum detersistis, aurea vo-
bis sunt, quæ plumbea & ficulnea paulo ante
vocitabantur, ut appareat, non lucem aliorum,
sed vestram obscuritatem: non imperium alio-
rum: sed impotentiam vestram vobis displicuisse,
post-

postquam subito, ubi emersistis, & vobis & illi
deteriores facti estis. Nonne ego Grammatice
tyrones viginti annorum novi, & concionatore
unius? et iurisperitos vidi, qui, velut necessitas
legem non habuerunt? ac Medicos, quibus nollet
canem scabiosum concreditum? Nunc rebus no
stris pretiosissimis sunt praefecti, animae puta, cor
pori, honestati. Moderatius itaque mecum ageti
si sapitis, ne duriora extorqueatis. At quid iuvat
cum surdis fabulari? Hoc agamus potius, ingenu
& aequanime lector, ut, quas tibi exhibeo fabula
sive verius virtutum vitiorumq; ideas a suspici
num & coniecturarū pulvere detergeamus. Quis
quis es ergo, virtutis & veritatis studiose lector,
ve sacra cū devotione tractas, sive Germanum ti
integra fide administras, sive ad respublica gu
bernacula cōscientiam alligasti, sive humani co
poris incolumitatē è natura sedulo petis, sive iu
ventutem artibus ingeniosissimis, linguis elega
tissimis, morib. politissimis fidelissime informa
noli unquam sycophantarum praestigiis persuad
ri, ludicrum hocce in tuos labores & studia esse v
unico verbulo iniurium, aut linguae παρρησίαν cu
alicuius boni infamia coniunctam. Nec enim ta
picturae velim videri ignarus, qui asinum deline
re volens equum effinxerim, aut pro lupo canē e
presserim, aut cuculi loco penicillus aquilam re
diderit. Meliora Christus, & accommodatiora, q
sacri Euangelii, sacrae Iustitiae, ac optimae Philo
phiae sum reverentior, earundemq; custodū ama
tior, quam nigro sale quidquā polluam. Alii sun

in

er quos Apologus oberravit, non uni loco inclu-
ſed per Europæ plagas, per Bibliothecarum pul-
a diſperſi, nec niſi vaſtiſsimo Satanæ regno con-
t. Vnde nec nomen quidem habent, niſi Platonis
imus ideis nomina quærere, neq; ulli hominum
is exacte competunt ſed multis, & ut divinus
liger nequaquam homines nos eſſe dicere con-
vit, ſed partes hominis, eo quod ex omnibus ali-
id fieri poſsit, idq; non magnum, ex ſingulis pe-
minus, quam nihil: ita nec vitia ſive Titii, ſive
npronii hic proſtabunt, ſed inhumanitatis, quæ
er homines occulte ſerpit, & huius membrum
um, alterius plura, aliquorum medietatem,
nullos totos occupavit, & Chriſtianæ ſocietati
ldidit indecoros. Quod ſi verba hirſutiora ali-
entum, aut hiſpidiora videbuntur, imprudenm
m dices. & ruſticitatem, nunquam affectatam
litiam: quo quiſq; autem melior, mitius inter-
tatur aliena, etiam dubia verba: quo nequior,
lementius. Et hæc nota boni lectoris mihi eſto,
da fabula delectari: maligni, arcanum ſenſum
boſcide eruere, eruditi, veritate & integrita-
Grammatici virgulis, & literulis æſtimare,
le. Vah Augures, aruſpices, extiſpices, ſortile-
ſomniatores, hieroglyphicos, Zipherarios, ana-
mmatiſtas, naſutiſsimos, quos nihil latere po-
, & queis terra mater gremio ſuo nihil ſatis
condit, quorum calculationibus radices bis ſur-
dæ extrahūtur, deniq; oracula, ænigmata, gry-
que omnes facile diſſoluuntur: Sublime genus
ninum, ſi curioſitatem æſtimes: ſceleratum, ſi
ani-

animum. Nam his scrupulis alsena innocentia & simplicitati insidiantur, ut si quid venenati malignis destillationibus extraxerint, habeant, quo candidioribus imponant, & saluberrimas herbas culpent. Fuge, mi lector, hoc vermium genus, omnia erodens: Fuge talpas, omnem terram fodicantes: fuge anguillas, omnes fissuras perreptantes, ac animo sereno, fronte exporrecta, ore libero, oculis ridentibus, auribus vacuis, manibus plaudentibus, fabulæ nostræ assideto. Vale.

APO

APOLOGORVM CHRISTIANORUM MAnipulus tertius.

Seneca.

Non magis mihi potest vitiosus prodesse præceptor, quam gubernator in tempestate nauseabundus.

I. ACCOMMODATIO.



Ir diu in Aulis regum versatus, & qui vulgo multæ exercitationis, multiq; consilii habebatur, audiens alios suadentes Polypi mores imitandos esse, qui se rerum & locorū colorib. accommodat: alios hortantes, ut sepiæ actum sequeremur, quę aquas atramento obturbat, atq; ita delitescit: alios monentes, ut in vita cestreum ducem haberemus, qui deprehensus saltu retia transilit: alios itē suggerentes, ut more glani aversi escam voraremus: Contendentes etiam alios, moribus labracis obtemperandum, qui obversus furtim sese nassa liberat. At ego, inquit ille, acipenserem vobis appono, huic prępostoras natura squamas dedit, ut fluctibus parendum, & secundo flumine natandum intelligat, nam illi plane Fortuna solet arridere, qui (ut ait Poeta) nunquam direxit brachia contra torrentem. Id consilium in regulam versum, quia tuta, & cum lucello omnia virtutis tentamina enervavit.

2. APOTHECA.

CVm urbs nostra variis morbis affligeretur, magna fuit medicorum cum diligentia, tum sedulitas, & medicamentorum copia undique adhibita; sed sanitatis nulla data recuperatio. Id vel aeri, vel loco, vel tempori tributum. Cum tamen civibus ferre grave esset, conquisit

sun

unt & alij Medici. Ij cùm & morbos & medicamina examinarẽt, præter admirationẽ nihil opis iæ attulerunt. At Æsculapius senex, ut primùm ccessit, pharmacopolium omne excussit. Erant nè pyxides satis ornatæ, titulis liberales, tum edicamentorum imaginibus plenæ, color, ondus, precium, cum veris medicamentis eam; at degustanti Æsculapio, vitiosæ falsæque eprehensæ. Nam ubi liberalitas promittebar, profusio erat; ubi parsimonia, avaritia; ubi agnanimitas, furor; ubi humanitas, abiectio; bi veritas, opinio; ubi eruditio, loquacitas, & milia his dissimilitudinibus. Tum comprehens Pharmacopola, Medicos accusavit, qui disinguere nunquam docuissent; hi mercatores, ui alias merces non adferrent; hi terras, quæ a & meliora non progignerent. Itaque subriens Æsculapius: Nunc tandem vobis constat, mortales, cur tot, totiesque ægrotetis, cum sam terram, matrem vestram, quid pro quo obis subministrare audiatis.

3. AVGVR.

Vgur in Augurem inciderat, hic exporrectâ, ille caperatâ fronte. Cui ille, Quid rugas, init, contrahis apud me, cui æquè nota sunt nora sacra, nostra mysteria? Quoniam, inquit c, nusquam satis secreti sumus. Nam si quisiam inopinatò interveniat, quî potero vultum tempore sumere. Et alter, laudo te, respont, sed id nescio, quàm alibi nimis superbum

est, cùm socios etiam arcanorum multi volunt
vultu terrere, & nescio cuius maioris divinitatis
& sublimitatis credulos facere. Ita AntiChristus
de pectoris scrinio nugatur, ita Tyrannus de
plenipotentiâ, ita Sophista de omniscientiâ suâ
fabulantur, idque apud suos, apud æquales, id
est, rerum optimè conscios, quasi qui iconculis
sub velaminibus ludunt, quos Magistros Malle-
olos vocamus, socijs suis, & post aulæa æquè ab-
sconditis, persuadere conentur, vivere suas ac
loqui pupulas. Tum alter, Non video, inquit,
quid subsit, nisi imposturarum consuetudine
nos tandem omninò occupari. Sed alter inte-
grior: Hæc à Deo pœna justissima, inquit, est,
qui omnibus volunt imponere, semetipsos tan-
dem ludificare turpissimè.

4. BILANX.

IN huius nostri orbis nosocomio, quod publi-
cis sumptibus est fundatum, justa & æqua ha-
bebatur alimoniæ in singulos distributio. Nam
utut laboris omnibus sua quantitas erat decreta,
eo tamen artificio alteri lanci vel imaginatio,
vel voluptas, vel ars, vel potentia, vel aurum, vel
honos, vel somnus, vel appetitus, vel vanitas
vel simile quid appẽdebatur, ut libenter sua for-
te acquiescere, imò & gloriari, ac cum nemine
commutare velle, plerique visi sint. Duæ tamen
vetulæ, Invidia & Curiositas, minùs hoc æquili-
brium approbabant; sed hinc inde discurrentes
sua cum alijs, aliorum cum alienis variè libra-
bant, & haud contemnendis iniectis scrupulis
omni

omnia perturbabant Hæ cùm in Christianum incidissent, cui præsens malum, futuro bono erat adæquatum, riserunt ambæ; ac altera quidem: Hic nihil est, inquit, quod homini misero invideam, qui tot vitæ bonis se sponte abdicavit: & altera: Hîc nihil est, inquit, quod in homine stolido inquiram, qui pulcherrimarum rerum ignorantiam sponte affectat. Sed Christianus longè suavius risit, &, ô miserrimas, inquit, & stolidissimas, quarum portio, modo, tempore, mensurâ, casu, figurâ, declinatione terminatur!

5. CAUPO.

Simulaverat aliquis bonorum amorem. Itaq; quoscunque rarioris ingenij & studij audiebat, multis blanditijs sibi conciliare satagebat. Nec unius sectæ homines ambiebat; sed diversissimarum: ut capitales inter se hostes ex æquo diligeret, & omnium opinionum secretissima perscrutari videretur. Id datum erat insigni alicui mentis temperaturæ, & ingenio multarum rerum capaci, & judicio ad intima quæq; penetrante, tum liberali animo, qui tot homines sibi convinceret. Hic nempe erat, quòd omnibus placere posset: quod displiceret, aberat, vel celabatur. Inter hæc verò ditescere homo, & ex omnium spolijs, sive exuvijs ædes farcire appa-rebat, quas ille tamen opes contemnere, nec nisi amicorum nomine dispensare videri volebat. At Integritas, cùm hospitium eius aliquando sub paupertatis ha-

bitu exorasset, sordidè habita, & in ipso, velut Avaritæ sive prædę, domicilio in rerum turpissimarum contemplationem admissa, cùm infelicibus valvis egrederetur: Hic equidem, inquit, Caupo: non Philosophus habitat.

6. CEBETIS TABVLA.

JUstus Velsius in forum literarium tabulas attulerat eleganter pictas, & nescio quid sapid propinantes. Eæ permultis voluptati cùm es sent, aliquibus & admonitioni, justo ære coëm ptæ, & parietibus passim affixæ sunt. Videre era mulierculas vario habitus discrimine discur santes, quas imperitior aliquis chorea agere dixisset. Sed literati ex libellis, sphæris, nu meris, alijsq; hieroglyphicis, suas Deas, sua nu mina interpretantes, Pantheon aliquod literari designari sunt arbitrati. Tandem nescio qu impudentior titulos apposuit, & secretum omn tabularum denudavit. Unde & rerum passi pretiosissimarum opprobrium, & abiectissim rum æstimatio prostabat, idque unum qua apparebat, bonum, quàm eruditum esse, præst re: sed & negabatur ingenij monarchia, quæ r si in bonum incideret, nihilo nos rerum sec riores redderet. Hæc ut seditionis accusata, ita gravi interdicto deleta sunt.

7. CYTHAROEDVS.

CYtharœdus, qui arte suâ quæstum faciebat, ad aulam avari, & præcupidi Satrapæ perve- ierat, optabatq; illius aures demulcere quo ipse onnihil lucelli emulgeret. Itaque adiens pru- entem, & benè doctum hominem, qui mori- us suis promeruerat esse Satrapæ, & civibus uam charissimus, ab eo percunctabatur, quo omo (ita cantilenæ legem vocant) posset aures atrapæ tenere: Se enim nuperrimè Phrygijs nodis mellitissimam cantionem parasse jacta- ât. At vir ille singularis prudentiæ, volens ta- tè admonere, Satrapam parùm hoc suavitatis enere oblectari: Nolo, inquit, te, bone vir, fal- ; noster enim herus minimè Phrygios modos mat, sed Doricos tantùm, hos si sub manu ha- ueris, non hominem natum magis allexeris. bijt ille ad Italos, & fidibus suis iratus, Midam gem imploravit: sed nec dum ad nos beatior dijt.

8. CONATVS.

COnatus & Effectus magno calore alterca- bantur, quòd hic nimium se offerret, & illum lut imbecillem irrideret. Conatus èccontra um quondam auxilium, & veterem societa- m exprobrabat, quam nunc dissimularet, post- uam fortunæ temerario beneficio emerserit: n vires etiam conferre secum non timeat, du- o rem optimè decidi posse. Notatum est Ef- ctum, quantumvis streperum, minus animi ad

confligendum præ se tulisse, tamen quòd fortunam haberet propitiam, plerique ad effectus famam, quæ robur eius jactitaverat, inclinarunt. Tandem ad arbitros negotium devolutum: ubi mirum, quàm cordati, quàm selectissimi ex hominum flore conatui faverent; èċontra fortunati quique effectui blandiebantur: Judices verò, re optimè pensitatâ, sic pronunciarunt, famosissimos effectus persæpè ignobilibus & sordidis parentibus natos; Conatus celebriores non nisi à generoso, & nobilissimo animo gigni; ac persæpè unius cordati morti plus deberi quàm multorum timidorum vitæ.

9. CONCILIATIO.

Conciliatores, quos urbis reformatio dederat, ut insigne aliquod facinus ederent, quos cunque diffidentes noverant, ad unum omnes diem convocarunt. Nec abfuerunt illi; sed magno numero confluxerunt, Thomas cum Scoto, Bartolus cum Baldo, Reuchlinus cum Hogostrato, Erasmus cum Hutteno, Lutherus cum Zvinglio, Castellio cum Beza, Galenus cum Theophrasto, Aristoteles cum Ramo, Scheccius cum Fuxio, Bodinus cum Wiero, Scaliger cum Cardano, Crusius cum Frischlino, Melanchthon cum Weigelio, Chemnitius cum Bellarmino, Flaccius cum Baronio, Cuiacius cum Roberto, Sleidanus cum Surio, Hilligerus cum Fabro, Bachovius cum Treutlero, Bartasius cum Simone, præter infinitos alios, quos singulos accusationes, defensionesque mutuas, quam pertinacissimis

cissimis verbis comprehensas exhibere voluerunt. At dum pagellas illi, & breves sententias expectant, hi vasta volumina offerunt, quibus perlegendis sex annorum millia non sufficerent; petieruntque, ut hanc suæ sententiæ summam, explicare illis fusiùs aliquando liceat. Quæ ubi in prægrandem struem congesta sunt, conciliatores sumpto vultu benè sperare singulos, & ad indicendum alium diem redire jusserunt, ipsis interea hæc ut dijudicentur, curæ fore. At ubi primùm partes diffluxêre, nemo conciliatorum posthac unquam visus est.

10. DEPOSITIO.

HEraclitus cùm aliquando invisere Academiã vellet, hæc respondit, non vacare, quòd aliquot juvenes sacris initiandi essent; licere tamẽ, si placeret, solennibus interesse. Ille rem seriam & religiosam ratus, multis suspirijs precatus est, literas haberent ad optima quæque huius vitæ propitias: nam, veluti linguam, & boni & mali instrumenta esse, nec omnibus ad beatitudinem proficuas. At cùm paulò pòst in atrium, nescio quot, larvati moriones erumperent, voce, gestibus, & strepitu nescio quid furiosum repræsentantes, unumque aliquem, velut ceremoniarum magistrum, ijs imperare; ad suam iniuriam introductos hos arbitratus, vix se continuit, quin, inter singultus & lacrimas, omnes spectatores palàm execraretur: Prophanum oportet vitæ genus esse, inquit, cuius hæc sunt initia: Nam literæ & erudi-

tio, sacræ magis & seriæ mihi habentur, quàm in qua bacchantes & insani per stultitiæ fores irruant.

11. DIOPTRA.

QVidam è literatorum grege cæcitatem suam ægrè ferens, multis præmijs ophtalmicos invitavit; quòd autem delicatior esset, acidum liquorem nullum, ne dum acum ullam, admisit. Repertus tamen est impostor, qui dioptra naribus impositâ videre jam, aut paulò pòst visurum, credulo persuasit. Nomen vitris suis dedit Dialecticæ & Rhetoricæ, jussitque sine ijs in forum nunquam aut publicum prodire. Paruit homo miser, & jam manuductoris non ultra patiens, quoquo se vertit, impegit. Nam ut maximè speculis nihil defuerit, tamen auribus aut linguæ admotæ idem præstitissent. Tandem misertus, Joh. Lud. Vives & acutioris visus alij: Redde hæc perspicilia, inquit, venditori, aut oculato alicui trade. Nam dum Physices & Matheseos oculis cares, non mille crystalla, tibi tantillum lucis adferent.

12. DOMVS.

UNo eodemque in foro Cosmopolita & Cosmoxenus ædes exstruxerant; ille sumptuosas, hic frugales: ille speciosas, hic necessarias: ille ludicras, hic utiles. Namque usus ille Politico architecto palatium in sabulo erexit, multi contignationibus fastigiatum, Corinthiacis columnis conspicuum, fornicatis peristylijs per-

mea

neabile, tessellatis contabulationibus pretiosum, conspiciliorum artificiosa serie lucidum, podijs & ambulacris decorum, cancellis munitum, emblematibus pictum, omnibus tandem ornamentis aspectabile Cosmoxenus verò consultâ religione, ipse sibi, ubi non incommodè habitaret, domicilium fabricavit, Fidei fundamento substrato, Spei columnis erectis, Patientiæ tecto superimposito, Charitate lucem inferente, Simplicitate parietes contegente, Labore conclavia distribuente, Precibus fores occludentibus. Ita in præsens immigravit Cosmopolitæ ridiculus, spectatoribus neglectus. At cùm post halcyonia variæ tempestates ingruerent, non illæ Cosmoxenij casam quidem perdiderunt, sed palatium illud vanitatis penitus pessundatum est, ac tum primùm deprehensum, materiam omnem ex pice, cerâ, cretâ, lino, paleis & similibus fuisse omnibus iræ divinæ elementis obnoxijs.

13. EXEMPLAR CHRISTI.

LAudabatur Christiana Religio, quòd antiquissimam omnium sapientiam, prophetias atque oracula in se contineret; quòd secum ipsa undique conveniret; quòd simplicibus juxta & acutissimis esset persuasa; quòd divina planè doceret, quòd alias omnes opiniones facilè refelleret; quòd denique inter tot persecutiones invicta permansisset: quæ omnia verum Deum, eius autorem, rectorem, servatoremq́ue evince-

rent. At cùm eam sibi sinceriorem sex diversissimi ingenij & sententiæ homines singuli vindicarent, Græcus, Romanus, Africanus, Armenianus, Nestorianus, & Evangelicus, & dissentientes Orco, gehennæque traderent, quidam Evangelicæ veritatis assecla ingemiscens: Nunc tandemliquet, inquit, quàm necesse sit ipsum Religionis principem habere, doctrinæ vitæque exemplar, posteaquam primatum sequela impuras, impuriores, impurissimas opiniones progenerat.

14. FABVLAE.

JO. Camerarius, vir exactæ eruditionis, Ethicam Physicam instituerat, qua virtutes & vitia in animalibus, volucribus, piscibus, & terræ nascentibus exhiberet, hominiq; vastum illud universitatis volumen explicaret. Id Guilh. Postello, Jo. Portæ, præter Eudoxum, Plinium, & veteres Philosophos alios, valde probabatur, ceperantque emblematibus omnes undique parietes depingi. Jam nemo erat, qui non symbolum sibi ab animalculi genio & naturâ affingeret: addebantur & arguta verba, ac dimidiati versus, & quicquid ad abstrusam scientiam facere videbatur. Unus repertus est qui admirationem rei minuit, Ge. Rollenhagius, cùm fortè Auditorium hoc hieroglyphicum præteriret, adscripsit: VERÆ FABULÆ: Id risum multos exercuit, cùm alij hunc, alij sensum alium divinarent; sed emunctissimæ naris Camerarius, Hoc, inquit, ridet quòd, quæ in animalibus maximè miramur & imi

& imitanda proponimus, effícta sint, & tamen pro veris undique vendantur: itaq; posthac ursæ informibus catulis parcius utemur.

15. FIDICEN.

OBerrabat veri fidicen, & humanæ gentis errores in classes suas distributos aculeatis numeris insectabatur. Erat, quod magnatibus; erat, quod sacerdotibus; quod legisperitis; quod eruditis, quod viris pariter ac mulieribus, quod senibus & juvenculis cantillaret. Ac ut quemq; judicabat; ita membro aliquo cãtionis perstringebat. Id à multis benignè susceptum, à pluribus neglectum; haud tamen paucos habuit, quos irritaret: qui a minis ad iniurias, indeq; ad verbera accensi, miserum hominem undique dedolabant, fides dissecabant, chelyn perfringebant. At ille Deum hominesque inclamare, quod & integrè nulloque affectu cecinisset, & artem aliam non posset. Tum accurrentium quidam: Stulte, inquit, qui artem tuam intempestivè perdis. Nam si placere vis, apud hos illi, apud illos hi, apud alios nos, apud nos alij increpandi sunt.

16. FONS.

FOns quidam abundantissimæ aquæ, cùm in publico scaturiret, in varios usus hominum abductus est, hinc quidem in splendi-

 dissi-

cissimum aliquod palatium, illinc ad fanum aliquod, alibi in forum: nec erat ullibi aquæ defectus, sed plenis fistulis ejciebatur. Qui Palatium insederat, artificum persuasu sumptuosissimum fontem exstruerat, qui arcanis meatibus aquam hinc inde per varia animalium simulacra spargeret; quod ut fieri posset, primum diminuti sunt sacræ & publicæ aquæ tubuli, dein ablati. Sed tum absurdum aliquod, vel mirum potius apparuit. Nam quæ jam juncta, minus, quam pridem divisa, aqua copiosa erat, & fons ipse exiccabatur, cùm causam nullam vel terra vel cœlum præberēt. Interrogati Physici, responderunt, hanc esse aquæ sacræ naturam, ut alijs admixta eas absumat, quin imò prophano ore hausta, bibentis intestina corrodat.

17. FORTUNA.

FOrtuna ollam aperuerat, è qua, spei & laboris denario deposito, liceret cuilibet vitæ huius sortem extrahere. Cumque ingentes thesauri humanæ felicitatis promitterentur, facilè impetravit, ut ingens multitudo fortunæ periculum facere vellet. Itaq; admissi varias diversissimasq; schedulas extrahebant, hic *crede*, ille *dubita*, hic *sequere*, ille *fuge*, aliquis *da*, alius *accipe*, aliqui *patere*, alius *feri*, unus *disce*, alter *nesci*, unus *dormi*, alter *vigila*, quidam *sape*, proximus *brutesce*, quidam *aude*, proximus *time*, nonullus *ede*, socius *esuri*, nonnullus *impera*, socius *servi*, & talia permulta, quæ effectus & ipsum fortunæ mu-

nu

mus vel iniuria ſequebatur, eratque ridiculum germanos fratres haberi diſſimiliter; eiuſdem ingenij non æqualiter æſtimari, imò & multorum prodigalitatem uni⁹ perſæpè unicum nummum adæquare non potuiſſe. Hæc videns homo Chriſtianus, recluſo loculo: nolo, inquit, æs meum a Deo concreditum, in rem tam lubricam & iniquam profundere; ſed Chriſto potius fidelitatis principi aſſervare.

18. FVMVS.

INceſſebat hominem ambitioſum incredibile deſiderium attingendi ſydera, cumque varijs id ſcalis, & funibus, congeſtiſque aggeribus, & aliis, fruſtra attentaſſet, tandem è ſpiraculo culinæ principis, magnam vim fumi ad cœlum evehi animadvertens, conſilium cepit erependi per tegulas, ſperans vi erumpentis fumi, ut interdum abripi ſolent nube ranunculi, ita & ſe in cœlum pertrahi poſſe. Sed cùm poſt longas, Janitorum, coquorum, cuſtodúmve exorationes ille progreſſus, præter aditum præcipitij periculum etiam fumus oculos contra ſpem invaſiſſet: (exiſtimabat enim Principum fumarium non modò ἄκαπνον, ſed meras delicias:) pertæſus conſilij ſui, longè maiori periculo, & infamiâ deſcendens, ſpem omnem in lacrymas commutavit.

19. GALLUS.

GAllus multis verbis jactabat, quod cantu suo non minus esset admirabilis, quàm perutilis. Videbantur hæc vero proxima. At cùm quidam ex jugi morbo pervigilio affligeretur, antelucanis horis vix impetratam quietem ne interturbaret, ad paucas noctes, quam poterat, humaniter exorare gallum satagebat, quin & suavibus escis pastum, & benignè habitum huc velut conduxerat. At Gallus in cubiculum ascitus, quò propiùs agebat, hoc licentiùs & alarum plausu, & intempestivo occentu interstrepebat. Monitum iterum atque iterum, sileret jam, & morbi inducias non abrumperet, vigilias paulò pòst soltâ diligentiâ obiret, cùm Gallus naturæ suæ imperare non posset: Apage, inquit herus, importunam bestiam, cuius conclamatio vitium est, non judicium.

20. HEBRAICA LINGUA.

RAbi Moses, Ben Maimon Ægyptius, Hebrea linguæ professionem ambibat, simulq; cum veteris Reipublicæ arcana, tum Pythagorica Philosophiæ seereta, edocere pollicebatur. Pla cebat id Pico Mirandulano, J. Reuchlino, Seb Munstero, Jos Scaligero, Joh Borelio, Jo. Dru sio, Petro Cunæo, viris undiquaque eruditissi mis, quibus dolebat linguam divinis colloquij sacra

ſacratam, myſterijs coronatam, elegantiâ florentiſſimam, denique omnis ſapientiæ & prudentiæ matrem, veritatisque unicam cuſtodem hoc ſumptuoſo literatorum otio minùs frequẽter addiſci, minùs curiosè requiri, minùs ſolicitè adhiberi. Sed obſtabant ſemi-latini, ſemigræculi, & ſemiſanctuli aliqui, quibus Hebræorum argutiæ adeò ſordebant, vel ſuſpectæ etiam erant, ut niſi magno Reipublicæ Chriſtianæ periculo audiri minimè poſſint: facere enim linguæ ſanctæ curioſius ſtudium, non in Ariſtotelem tantùm, & Ciceronem, ac Demoſthenem homines iniurios, ſed & Juris Romani negligentiores, uſitatæ eruditionis examinatores, denique in rebus flaminum diligentia vulgo perſuaſis dubios. Vicit hæc iniquior ſententia; & paucis admodum Hebraica deguſtare licuit.

21. ICONES.

CHartophorus in forum nuper venerat, & icones virorum celebrium magno numero expoſuerat. Pendebant hic veteris & novi Mundi homines, ac, quod mireris, multi, quos vixiſſe & ſcripſiſſe neſciveris. Grata hæc merx omnibus fuit, & ut quemque ſuus genius afficiebat, ita eum poſſidere properabat. Hic nempe eruditionis & virtutis ſtimulus eſt, poſt mortem vivere, & per imaginem velut loqui. Itaque hic ſuum J. Cæ-

ſarem, hic ſuum Auguſtinum, ille ſuum Juſtini-
anum, iſte ſuum Galenum, alius ſuum Theo-
phraſtum, alius ſuum Ariſtotelem, ſuum Cice-
ronem, ſuum Virgilium, ſuum Euclidem, ſuum
Tychonem, ſuum Dürerum, ſuum Orlandum,
& quid verbis opus? ſuum quiſque delicium
properè abripuit. Erant &, qui dubiæ ac noxiæ
famæ emerent; erant, qui amicos, notos aut et-
iam novitios; erant, qui monſtra hominum
vellent & ſexcenta huiuſmodi alia. Supererat
Chriſti imago viliori, quàm reliquæ, pretio; at
ne ſic quidem emptoribus concilianda. Quam
ut vidit pauper, cui haud pluris ſuperfuit: Quan-
do ſuum, inquit, Deum quiſque abſtulit, da mi-
hi, bone vir, meum Chriſtum.

22. INGENIVM.

VEnerat in Naturæ emporium Socrates, ut,
quæ maximè vulgo probarentur, merces an-
notaret, indeque argutandi materiam aucupare-
tur. Fortè aliquot adoleſcentes ingreſſi erant
empturi ingenia, cumque è magno faſciculo
ſeligerent, quod cuivis opportunum videbatur;
hic quidem extemporaneum, ſed inane; ille
denſum & ſtreperum, ſed parum ſolidum; aliu
exactum, ſed minus aſpectabile elegit. Supere-
rat, qui Socratem, quid è re eſſet, conſuleret, ill
ſuaſit, ingenium emeret, nec planè ſcholaſti
cum, nec planè neglectum, ſed cui modica inſi
& tantùm cùm opus eſt, eloquentia, &, ſi tem
pus ſtudiumque accedat, venuſtior, in familia

u

usu vitæ, prompta & nitida, non hærens & turbata oratio, vis judicij non multum involuta, & quanquam acris, subita tamen post moram, & consilium validior, cui, si sedulitas etiam addatur, omnibus id numeris fore absolutum. Tale cùm quæreret, repertum est unum, sed minùs literatum. Ob id cùm doleret adolescens: Nihil dubita, inquit Socrates, hoc emere: An enim sapientiam Græcè tantùm, aut Latinè, ac non potiùs arcano impetu, & omnium linguarum, sermonumque conscio, suis alumnis loqui existimabis?

25. INSOLITA.

AZoth ille (quocunque tandem inter nos nomine appellitetur) orbis monarcha, apud nos aureo curru, eoq; radiante ingressus, haud paucos insolitæ eruditionis homines secum attulit, è quibus hi pauci, ac vix nomine nostris innotuerunt, Paulus Scalichius, Jac. Brocardus, Paulus Lautensaccus, Julius Sperber, Valentinus Weigelius, Ægidius Gutmanus, Heinricus Kunradus, Sebastianus Franck, Guilhelmus Postellus, Martinus Cellarius, Simon Studion, reliqui etiamnum nobis conciliandi sunt. Ijs, aiunt, datum, res nostras omnes medicare, aurios nos, oculatos, vocales, volatilesque facere. Est tamen aliquid quod felicitatem nostram impediat, quoniam non illi nos, non nos illos intelligimus. Nam quæ illorum est Persica, Chaldaica, Brachmannica, Druidica, Fessana, Damcarica lingua, quæ picturæ sunt divinationes,

nes, triplicitates & paradoxa, eæ haud priùs no-
bis vitam reformabunt, quàm artis terminos
capiamus.

24. ITALICA PRAXIS.

VErtumnus, Arithmeticus exquisitissimus,
cùm magnis sumptibus algarithmos doce-
ret, neminem tamen, nisi ingeniosissimum
quemque, discipulum admisit. Id aiebat exige-
re praxin Italicam, qua magna sagacitate, & per
exquisita compendia quæsitum esset indagan-
dum. Eodem tempore Eusebius, homo haud
magnæ famæ, pueros vulgari, seu simplici A-
rithmeticâ instituebat, exiguo salario condu-
ctus, quod crederetur ad communes tantùm &
perfaciles supputationes sufficere. Qui jam u-
trinque edocti erant, Mundum experiebantur,
& casuum quidem exempla haud deerant. At
quod minus exspectabatur, temporum, aula-
rum, scholarum, societatum ænigmata sic elu-
debant omnes Praxis Italicæ regulas, ut nun-
quam magis nescire acutissimi calculatores vis
sint: Contra qui unam *de Tri* regulam, Fid
puta, Spe, & Charitate, adhibebant, omnes gry-
phos, & Mundi ludibria facilè dissolvebant.
Tum ingeniosorum illorum aliquis. Quid ju-
vat, inquit, nos tanto sudore politiæ subtili-
tatibus acui, cùm una Christiano-
rum hebetudo omnia
penetret.

25. LA

25. LAMIA.

LAmia perſpicaciſſima omnium, maximeque dicacula habebatur. Nam quoſcunque obvios habebat, eorum vel individuas minutias ſcrutabatur, indagabat, examinabat. Hinc multis erat formidini, quòd nollent ſua ſecreta patefieri, & mordaciſſimis dicterijs perſtringi. Itaque congreſſum omnem declinabant, qui ſi fortè evitari minus poterat, quàm fieri licebat, blandiſſimis verbis abrumpebatur. At cordatus quidam, quòd minùs alienum, quantumvis iniquum, judicium reformidaret, non tantùm ſe libenter frequenterque Lamiæ objecit, ſed adhærere etiam, ac domum uſque comitari auſus eſt, ac tum res mira apparuit. Nam oculos, aures ac dentes Lamia exemptiles habebat, quæ domum reverſa omnia in thecam recondebat, eratque tum cæca, ſurda ac edentula ſuis ædibus, nec agebat aliud, quàm quòd lanam faciens cantillabat. Tum ille cum riſu egreſſus: Nihil periculi, inquit, in Lamia eſt: nam quæ foris rigidiſſima, domi maximè tractabilis eſt.

26. LIBERTAS.

INgenium liberale cùm primis ſuis annis elegantiſſimum ſimul, ac flagrantiſſimum florem mitteret, omnium paſſim amorem, & admirationem ſibi conciliavit. Erant

tunc,

tunc, qui foverent, qui putarent, qui obſepe-
rent, qui ſuffulcirent, qui irrigarent; ac omnium
prompta erant, & paratiſſima officia. Interea ſa-
gacitate, agilitate, lepore, & varijs delicijs omni-
bus grates referre, & adæquare veluti merita vi-
debatur. At cùm paulò pòſt adoleſceret, & cu-
rioſius in rerum interiora inquirens, ſoliditatem
hincinde deſideraret, neque perſuaderi, abduci,
ſubijci, terreri, falli, emi, vendi, ſoporari, ſatura-
ri, affici; ut reliqua animalcula, poſſe appareret,
tum odio ac formidini eſſe quàm maximè cepit,
conſultatumque, qui frangi hi ſpiritus, hebetari
acies, accidi alæ, tepefieri fervor, encruari robur
poſſit. Id variè minis & blanditijs quæſitum
poſtquam fruſtra eſſet, cum calumniæ monſtro
commiſſum eſt. In poſterum verò cautum, ne
quis unquam ultra ad rerum humanarum pene-
tralia admitteretur.

27. LONGAEVITAS.

MEdicina cùm reſciviſſet, Johannem, Caroli Magni armigerum, jam annum ætatis 360. exceſſiſſe, ſuſpicata in artis alicuius ſecretæ beneficio fieri, amicos ſuos Hippocratem & Galenum ſubornavit, ut quibus poſſent, modis id arcani elicerent. Cùm verò hi fruſtra eſſent, quòd homo ſimplex nullum naturæ ſubſidium, niſi corporis ſui craſin, agnoſceret; illa Paracelſum exoravit, tentaret hanc inſolitam longævitatem, anne ab illo fortaſſe prænobili Philoſophorum Lapide contigiſſet. Id ubi curioſè juxta ac in-

ac ingeniosissimè inquisivit, ultra admirandam vitalitatem nihil mysterij reperit. Tum Medicina non fidem habens familiaribus suis, ipsa hominem adivit, & blandissimis verbis ingenuum pectus examinavit. Ille verò & curiositatem risit, & artem suam omnem aperuit, Temperantiam atque Exercitium, quæ cùm Medicina & alijs observata diceret, longè tamen inferiori felicitate, Joannes subiecit: Nempe hoc illis deerat, quod mihi perpetuum symbolum: FIDERE DEO.

28. *MANCI.*

Convenerat Thomæ Schvveickero, Scribæ Hallensi, cum Conrado Schotto Stutgardiano Organopæo, ut Naturam accusarent, quæ illi brachia negasset, huic abstulisset oculos, instrumenta humanæ vitæ planè debita. Id ut movere citiùs rerum omnium arbitrum posset, Thomas querelas suas omnes eleganti picturâ in tabulâ pedibus suis delineavit, quam ligneo margine subtili dedolatione Conradus vestivit. Hæc ubi in Judicis conspectum venit, cùm admirationi cunctis esset, planè alienam, quam expectabant, sententiam elicuit. Nam benignissimam omnino Naturam audiebant, quæ pro brachijs & oculis cuivis contingentibus, famam, ingenium, victumque contulisset, rara inter homines donaria, ut posthac & Deum exactiùs agnoscerent, qui mancis & mutilis in hoc Mundo, secretiora & feliciora Sacri spiritus dona concrederet.

29. *MER-*

29. MERCVRIVS.

VIderat quidam ex ſambuco Mercurium fabrefactum, ac ad ſocium converſus; Vah! quàm vanum, inquit, eſt illud, *non ex quolibet ligno fieri Mercurium*! Tum alter; vide, inquit, lignum benè cognoſcas, qua terra natum ſit. Nam ſi Orientalis fortè Sambucus ſit, ubi omnia aiunt eſſe nobiliora, quid vetat ſtatuam inde poſſe fieri? Cumque curioſius Mercurium examinarent, vident & communem eſſe ſambucum, & multis partibus vitioſum: ac alter: nempe fortunæ hoc eſt myſterium, inquit, quæ inepta, vacua & vermiculata jubet aliquid eſſe, atque adorari. Nam quibus heri nec cerebrum fuit, ne cor, hodie ad fortunæ edictum res omnes ingenioſè ſimul ac maſculè expedire dicuntur. Sed alter: Nonne verò apud Chriſtianos, inquit, expulſa eſt Fortuna? Nomen, inquit alter: at res ipſa palàm regnat, neque meritum ullum Fortunæ antecedit. Idque Deus indulget, ut palàm teſtetur, quàm nihili faciat hæc Fortunæ temporariæ miſſilia.

30. MODESTIA.

COnradus Strichius Francus, faber ferrarius & rei militaris peritiſſimus, cùm aliquoties Acquieſcentiæ ædes ingredi, & familiarem eam habere viſus eſſet, multorum cavillis petitus, & abſur-

bſurdiſſimæ ſocietatis notatus eſt. Maximè
erò Philoſophia de homine iniquè cenſuit,
ui Acquieſcentiam importunè compellaret, &
odeſtiſſimæ virginis patientiâ abuteretur,
anc converſationem Philoſophis ſuis deberi,
on vel ferocibus militibus, vel rigidis fabris.
aque ut primùm Acquieſcentię occurrit. Quin
mea domina, inquit, impudentem illum Vul-
num abigis, vel è cynicis meis moloſſum in-
tas; qui morſibus hoc brutum fuget? Sed Ac-
uieſcentia leniter renidens: O ſoror, neſcis,
quit, quem hominem increpes. Hic poſt Con-
dini, Suevorum Ducis ultimi, proditionem
uniuerſo exercitu Dux electus, à Papa ad
egnũ Siciliæ vocatus, facie & robore Conra-
no ſimilis, fortitudine ſua exercitu per me-
os hoſtes in patriam reducto, cùm milites
rpetuam fidem & obſequium offerrent, ad
cudem rediit, & militibus ſuis eandem mo-
ſtiam perſuaſit, hisque Germanis facinori-
s omnem propè palmam tuis loquaculis eri-
it.

31. *MVLTA PAVCA.*

Vidam generoſi animi adoleſcens felicita-
tis regiam aſcendere ſuſceperat, itaque
oſcunque viæ, clivique peritos fa-
audiverat, eos omnes ſibi conſulen-
s eſt arbitratus. Et ſanè non defue-
runt

runt, qui magnâ confidentiâ iter ipsi delinea-
rent, Philosophi, Politici, Monachi, Eremitæ,
denique Magi, & quicunque divinitatis prægu-
stum somniant. Itaque chartarum undiq; satis;
at dum eas sequitur, immane quàm subinde im-
pegerit, quàm deflexerit, quàm ad præcipitia sæ-
pè sit delatus: ac tum maledicere cepit omnibus
illis umbratilibus indicibus, qui in testâ suâ, ne-
scio quas cœli terræque vias metiuntur. Fortè
autem præeuntem aliquem longè prospexerat,
hominem minus affectati cultus vel scientiæ,
quem ut magno anhelitu est assecutus, cumque
vix exorasset, ut dũ respiraret, ac infelicitatẽ suã
conquereretur, subsisteret, obstupuit homo ad
tot temerarios indices, &, hactenus, inquit, vel
oberrasti, vel es retrogressus: Me verò si volue-
ris sequi, *multa* vide, *pauca* admirare; multa
audi, pauca crede; multa scito, pauca loquere;
multa lege, pauca scribe; multa examina, pauca
tene; multa patere, pauca proba; multa vita
pauca time; multa admitte, pauca ama; mult
expecta, pauca spera; multa tege, pauca odi; mul
ta communica, pauca posside; multa excusa
pauca indica; multa tenta, pauca persequere
multa delibera, pauca conclude; multa neglige
pauca ride; multa solare, pauca dole; multa co
que, pauca ede; multa arce, pauca feri; mult
labora, pauca jube; *multa* ora, *pauca* doce.
Paruit adolescens, ac felicissimè
peregrinatus est.

32, *Fr, N*

32. FR. NICOLAVS.

FR. Nicolaum Undervvaldensem, quidam nitidæ cutis & robustorum laterum homo solicitabat, ut se vel individuum unius cellę socium, vel alterius vicinum ferret, quando utrique Deus idem Mundi odium, ac solitudinis desiderium indidisset. Sed Nicolaus alterum negauit, alterum dissuasit, quòd hæ vires, hoc corium Mundo deberentur, neque tam facile esset apud se exulare, quàm inhabitare specus. Nam cùm ...annis, inquiebat, Deum, ut me mihi expellat, ...hibeam, nulla interea corpori meo gratia fa...a, neque tamen me, prout decet, exuam, quid ...bi in hunc indomitum & ferum carnis equum ...imi est, quem quotidie vanitatis & muta...litatis avenâ pascis. Itaque tutius est, te astu...limis Mundi frenis cohiberi, calcaribus pun... virgis castigari, quàm secessus libertate tibi ... varia animi præcipitia relinqui.

33. NOMENCLATOR.

PEregrinus cùm in Eruditionis urbem venisset, eamque quotidianis deambulationibus ...lustraret, subinde alios atque alios habuit ...omines obvios, augustâ facie, cultu elegantio... moribus lectissimis: quos quia non nosset: at ... intuitu æstimaret, proximum quemque ora...t, diceret, hic quis, vel ille vir clarus esset. At ...m illi non novisse identidem responderent, ac ...em civis aliquis veteranus subjecisset, peregri...us inflicto colapho: Non te pudet, inquit, con-

cives tuos ignorare? Re & lite ad Senatum delata. Peregrinus adventus causa exposita, quanto labore, quo desiderio urbem petierit, quàm minùs cives, sed peregrinos plerosque hic reperit; voluisse decentem cuivis honorem exhibere; at defuisse nomenclatorem, minus ergo posthac sentire de urbis fama quæ congeries potiùs hominum, quàm civitas esset. Id benignè acceptum est & gratię peregrino actæ, decretique nomenclatores, ac Princeps eorum Conradus Gesnerus, ne se posthac eruditi inter se minus agnoscerent.

34. ORACVLA.

FAma erat, Apollinem in Religionis antro responsa dare, haud ut olim perplexa & ambigua; sed plana, vera, certissima. Itaque confluebant, quibuscunque vel futuri erat desiderium, vel præsentium dubitatio, vel præteritorum oblivio. Dona offerenda erant, pro cujusvis opibus; & ære, nec abjecta nimis, nec admodũ sumptuosa. Oracula certè, si quis minoris sortis interrogabat, aperta erant, & humanos errores insectantia: addebantur & minæ, nisi vita corrigeretur: apponebantur exempla, quibus vitæ dissolutio, proximi neglectus, iniqui possessio. & persim[...] quid nocuisset. At cùm splendidioris fortuna[...] cum splendidissimis donis accederent, jam nuta[...] re Mystæ, & Verba torquere, nævos abluere, [...] mollire facinora, castigationes melleas sibilar[...] Id animadvertens ex libertinis aliquis: Nonn[...]

jam[...]

m olim, inquit, nasutissimus Demosthenes doratus est, Philippisare Apollinem.

35. PANACES.

Anitas humanorum morborum miserta, Panacem ex saluberrimis vitæ Christi speciebus onfecit, cujus beneficio quotquot, sub precum jejunii applicatione fuissent usi, oppidò quam rfectè convaluerunt. Eius hæc erat Virtus: caput â vitiosis illis humanæ scientiæ spiritis Vertiginosis purgaret, & Christianum nere, quod omnes tamen artes in se & infra se ntinet, excitaret: dein cor inter mundi vicissiudines palpitans roboraret, & cum Deo firma e uniret: mox pulmonis angustias sub Mundi go laxaret, & libertatis respirationem redder: postea hepati crapulam, & immodicam sin temperantia restingueret: lienis etiam ulcerum otium labore congruo & laudabili stimularet: sed & fellis iracundiam humili patienplacaret: & renum inquinamenta castitatis ritate detergeret: Manus tortas liberalitate igeret: pedes vagos constantia figeret: cusordes pœnitentia abigeret; Miro utique is, minus apud sciolos æstimatę experimento, n ferocissimi cicurarentur, fanatici resipe- t, nummularii eleemosynas urgerent, idjotæ uram examinarent. Ac tum demum aniidversum, hominem intra se omnia possie, quæ, si negligantur, situ & squalore incant; si in excitentur, & externorum con-

contemplatione, pristinisque observationibus provocentur, tum maxime elucere: id verò artis esse præcipuæ, ut depulsis vitiosis symptomatibus, quæ corpus aggravant, occupant, & fallunt, Vera crasis, & omnium Organorum tranquilla sanitas, cordis securitas, oris silentium, cerebri ratiocinatio, reliquorum motus introducantur.

36. PANEPISTEMON.

PAnepistemon, vel nomine saltem homine[s] terrefaciens, quoquò gradiebatur, officioso[s] omnes & reverentes obvios habebat, Ac erat ill[e] profectò tum sumptuosi cultus, linguæque & morum affectatissimorum, tum instructissim[æ] supellectilis. Domus contignationes & concla[via] via accuratâ methododisttributa erāt, & discipl[i]narum artiumque omniū instrumenta contin[e]bant. Videre erat Bibliothecam, globos, sphæra[s], circinos, mappas, picturas, statuas, anatomia[s], sceleta, tum chymicam officinam, hortum Me[di]cum, capsas mirabilium, simul & voluptatis [or]gana, insuper machinas & poliorcetica var[ia], quin imo & mechanicæ industriæ compend[ia], Venationum aucupiorumque fallacias, ignis [...] quæve ludibria, & quæ alia hæc nostra brevi[tas] non admittit. Et hæcomnia tuebatur ambit[io]so silentio, quod multis certe imposuit. Ai[...] autem, qui familiarissimè norunt, plerarum[que] rerum usum nescivisse, idque deprehensum [...] astutissimis artificibus, quorum instrum[enta] cum mutuata vel empta vellet, ineptissimè d[...] dicaverit.

37. P[...]

37. PHILAVTVS.

Hilippus Beroaldus, quod litem *inter Ebriosum, Scortatorem, & Aleatorem*, quis illorum tolerabilior, dextre decidisset, maximi habitus est. Itaque si quid fortè dubii incidat, ad eum, ut felicissimum arbitrum refertur. Accessere nuper loquaculus impatiens, & Philautus inter se de præeminentiâ contendentes, mutuumque accusantes. In loquaculo desiderabatur, quod temerè omnia effutiret, intemperantius luderet, impudentius judicaret. Impatiens accusatus est supercilii, fraudulentæ occultationis, rigidioris examinis. Philautus cùm utrosque improbasset, & nevos ad vivum resecatos, virulentissimè agitasset, usque adeò sibi placuit, ut judicem non partem exhibuerit. Tum Beroaldus offensus: Nugetur sanè hic, inquit, ille increpat, quod utrumque est animi medium excedentis: qui sibi in omnes homines judicium sumit, pestilentior est, quod sacra prophanaque suo metum, & vitiosissimo ingenio metitur.

38. PROPHETA.

Ulla solet suæ quemcunq; artis peritissimum invitare, & habere liberaliter, cumque famâ laudatus esset homo vates, singularis spiritus, præsentium arbiter, futurorum præscius, suum quibuscunque impensis voluit. Itaque multis benignissimis verbis accitum, animæ corporisque custodem vigilemque constituit & numinis prope loco coluit. Placebat ingenium,

placebat incorruptus animus, tum zelus etiam, & divinus calor. At cùm Aula suo genio vivere vellet, & molestæ fierent tot vatis admonitiones, frontem contrahere, & minùs audire importunum magistrum cepit. Ille verò instare crebriùs, urgere fortiùs, & pessima quæque augurari, precibus Dei minas addere. Tum Aula hominem pertæsa, cùm nec vitare, nec terrere posset: Ex esto, inquit, maledice, & difficilis, qui nihil nisi mihi semper mala, vaticinaris.

39. SANCTA SIMPLICITAS.

Cum fortè Diogenes forum verreret, & asportandis fimetis occuparetur, intervenit Simplicius, cui superstitiosa boni publici cura, & intempestiva rerum æstimatio est. Is quòd Diogenem è publicis sordibus suum lucellum quærere, & agellis suis stercus suffurari suspicaretur nescius scilicet, Diogeni nec domum, nec prædium, nec argenti æstimationem esse, duriter in eum invectus: Quis tibi, inquit, audacule, animum fecit, media luce urbis nostræ opes deprædari, ut, quod omnium bono servire debet, a grosque publicos pinguefacere, id tibi vindica re ausis? Risit ad hæc Diogenes, & nullo duri re verbo regesto, impuro labori insudavit. I Simplicius iniquè accepit, parumque abfuit, c ves inclamarit, & manum deprehenso & co victo furi iniecerit. At cùm fortè Hypocri accessisset, abegit quidem Simplicium, Di geni verò suasit posthac, ab eo opere abstinere qu

quòd non omnes caperent. Tum Diogenes solito irritatior: Quin tu mihi Simplicium meum, inquit, reddis, cuius ego candidos errores malo, quàm opera operata tua, atque meritoria officia?

40. SAPIENTES.

QUidam ſapere cupidus, ab Academia conſilium ſupplex petiit. Illa in Græcæ ſapientiæ atrium miſit, ubi aut nuſpiam erudiretur. Cùm intromiſſus eſſet, & varios vultus, actioneſque tum diverſiſſimas tum admirabiles intuitus, planè obſtupuit. Hic enim Homerus modulabatur, Heſiodus arabat, Thales euolabat, Solon ſanciebat, Cleobulus vaticinabatur, Periander imperabat, Chilon fulminabat, Pittacus pugnabat, Bias mendicabat, Anacharſis peregrinabatur, Epimenides dormiebat, Socrates neſciebat, Xenophon erudiebat, Archeſilaus bibebat, Bion ſordebat, Ariſtoteles diſputabat, Theophraſtus colligebat. Antiſthenes rodebat, Diogenes mordebat Menippus ganniebat, Menedemus latrabat, Chryſippus turgebat, Epictetus ſerviebat, Pythagoras ſilebat, Empedocles ardebat, Epicharmus ludebat, Heraclitus flebat, Democritus ridebat, Xenophanes opinabatur, Zeno reſiſtebat Anaxarchus tundebatur, Epicurus deliciabatur, Timon iocabatur. Viderat ēt Miſonis ſimplicitatē, Pherecydis lendes, Anaxagorę chaos, Phædonis amores, Platonis ideas, Euripidis cothurnos, Maximii Tyrii cicadas, Cleantis arma, Timæi ſignaturas, Parmenidis ignem, Eudoxi naturam

Melissi astutias, aliorumque delicias alias. Cumque dubitaret, cui se traderet, tum Paulus Tharsensis, & ipse Græcè doctus, abductum hominem negligere hos jussit: addiditq;: εἴ τις δοκεῖ σοφὸς εἶναι ἐν ὑμῖν, ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, μωρὸς γενέσθω, ἵνα γένηται σοφός. ἡ γὰρ σοφία τοῦ κόσμου τούτου, μωρεία παρὰ τῷ Θεῷ ἐστι· γέγραπται γάρ. ὁ δρασσόμενος τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν, καὶ πάλιν, Κύριος γινώσκει τοὺς διαλογισμοὺς τῶν σοφῶν. ὅτι εἰσὶ μάταιοι.

41. *SAPIENTIA.*

IN conventu Olympico fortè Sapientia Stultitiæ occurrerat. Quod diu optatum bonis, ut publicâ stultitiæ infamiâ ac imbecillitate robori mortalium consuleretur. Nam, quæ magna Sapientiæ erat existimatio, omnes in eam oculos verterant, persuasissimum habentes, ab ea adversariam uno ictu allisum iri. Itaque applaudentes & complodentes, luctam maturari appetebant. Sed ibi præter expectationem res evenit: nam, ut audax est stultitia, in sapientiam irruit, quæ probris & pugnis malè habita, vix tandem evasit. Interrogata verò, cur vim vi non repulisset, respondit: Quid si me asinus percusisset? Rogata etiam, cur probra probris non retudisset: πάντα καιρὸς, inquit. Vulgo itaq; illusa atq; irrisa abiit. Et ex eo tempore stultitia promptior melior existimata est, pluresque inde & fortiores habet sectatores.

42. SIGALION.

Dormienti mihi tale quod nuper spectaculum oblatum est. Sederat humana Felicitas ⟨in⟩ prærupto & confragoso monte, ac juxta eam u-⟨tr⟩imq; Prudentia ac Fides: ad radices verò mon-⟨ti⟩s astabat quidam totus auritus, totus oculeus, ⟨se⟩d astomus. Is magnam vim mortalium ore ⟨h⟩ulco ad reginam suspicientium circum se ha-⟨b⟩ebat, quosque putabat dignos, ijs lorum, quod ⟨P⟩rudentia dimittebat, & cujus in termino lapis ⟨o⟩bsidianus trajectus erat, ori inserebat. Tum Di-⟨i⟩s sensim trahens in montem provehebat: quòd ⟨si⟩ casu qui ora resignassent, ô infortunatos ho-⟨m⟩ines! quibus præsentaria ruina imminebat, & ⟨q⟩uicquid eo usque itineris exantlarant, deperi-⟨ba⟩t. At si fortuna meliori suffragante, eo perve-⟨n⟩erant, tum demum corona à Fide cingebantur, ⟨&⟩ magno plausu ex oblivionis poculo, quod Re-⟨gi⟩a fæmina propinabat, potabant. Hæc videns ⟨n⟩ulò pòst expergefactus animadverti Deo ho-⟨m⟩inibusque nihil omnino gratius atque optabi-⟨li⟩us silentio: nihil ad rerum humanarum fastigia, ⟨&⟩ summam mentis tranquillitatem certius at-⟨q⟩ue expeditius.

43. SOPHIA.

⟨S⟩Ophia cum fidissimis suis Aletheâ, Parrhesiâ, ⟨&⟩ Sophrosyna, & Eleutheriâ consultabat, quo ⟨m⟩aximè remedio distractis & intricatis rebus ⟨m⟩ortalium consuleretur. Tum Alethea suasit, ⟨ni⟩hil temerè crederent: Parrhesia, nihil serviliter

subticerent; Sophrosyne, nihil inconsultè aggrederentur; & Eleutheria, nihil lugubriter paterentur: quibus Sophia addidit, nihil admirarentur. Inde consilium hoc omnium consensu coatur. Inde consilium hoc omnium consensu coaluit. Tutissimum videri, nec principia rerum alte, nec fines exquirere, & ultrà, quàm satis est, non sapere, pauca laudare, nihil ipsum moliri, omnium spectatorem esse. Paucorum hominum, & judicii alieni negligentem videri, risuq; quàm irâ potiùs dimicare, satiari eâ voluptate, qua constet, nihil solidum, nihil pulchrum, nec rectum quidem tantæ concertantium molitioni inesse: cùm hoc unum certum sit, pleraque nostra haud esse certa.

44. STATVARIVS.

QUidam, qui se Statuarium dixerat, jus civitatis nostræ petierat, &, ut id faciliùs impetraret, non tantùm artis suæ specimina exactissima aliquas sculpturas ostentaverat; sed peritissimorum etiam artificum testimonia in membrana conscripta, & sigillis roborata exhibuerat, asseverebant, horum exhibitorem omnium sculpturæ membrorum, symetriæ, lineamentorum Physiognomiæ, Perspectivæ, Chymices, ectyposeos, cælaturæ, plastices, proplastices, paradigmatices, tomices, colaptices, &c. peritum instructumque esse. Id & pergratum Reipu. visum, & artifici honorificum fuit: cui & jus civile datum, & ex publico subsidium decretum. Eam famam verò cùm aliquandiu coëmptis aliunde statuis, sustinuisset, nescio quàm im-

pu-

pudenter ſe tandem, nihil præter cæmentarium eſſe prodidit. Id ægrè admodum Reſpub. tulit; ſed prudentiſſimorum, ac Pomponii Gaurici maximè, conſilio, Magiſtri imperitiam utcunq; diſſimulavit; illos verò Magiſtrifices & nullitatis teſtes vrbe expulit.

45. *TRES LINGVAE.*

INdignabantur eruditi, nimiâ cenſorum facilitate ingentem turbam civitate donari, quæ mente non ſanâ ſapientiam profiteretur, & ſine literis pulpita aſcenderet: Non naſci tot fungos una pluvia, quòt nunc libros uno die, eoſque numero & mole æſtimari, non genio; qui maximè ſapere videantur, omnem induſtriam intra contortulas captiones poſſidere: Sordere nunc literarum & prudentiæ parentes, & hoc infelici pulvere obrui: Ingeniis liberalioribus injuriam fieri, quæ aut ſubiugentur & proſcribantur: Multos unius anguli Sophiſtas eruditionis monarchiam iactitare. Hæc & alia cum D. Eraſmus, H. Barbarus, A. Politianus, I. Reuchlinus, I. C. Scaliger, P. Melanchton, pluresque renatæ literaturæ principes graviter conquererentur, dolerentq; exactiſſima ſua opera, ſubſtitutis nugaciſſimis libellis, iuventuti excuſſa: quoniam res maximi momenti videbatur, tot admiſſos cives urbe pelli; rurſũq; durum, eruditos & imperitos iuxtà haberi, ſic in præſens decretum eſt: Cogitarent patres, qui in unum aliquem obſcuriorem urbis locum indigni contruderentur;

cæterùm nemini posthac eruditionis portas ingredi liceret, qui Christi Crucifixi titulum legere atque intelligere non posset.

46. VAGANS.

OBerrabat quidam animo & corpore, vagus: ita tamen ut longè sublimius quid erroribus suis obtenderet. Nam ad Apostolorum similitudinem circumire, Evangelium urgere, Mundo adversari: & optima quæque perscrutari volebat videri: nec paucis, ac optimis quibusque eo nomine imposuit. Namque bonorum nomina, mores & studia in numerato habebat, eratq; velut de manu ad manum, ab alio alteri transmissum. Non fefellit tamen Rectitudinem. Ea enim examinatum hominē reperit, sublimitate turgere, sub paupertate parasitari, sub reformat. deformib. & in formib. vitiis scatere, insuper fabellis nugari, labores subterfugere, sugillare unūquemque: denique sic puriorem religionem desiderare, ut nullius religionis sit certus, atque ita abstrusiora jactare, quæ ipse nunquam in limine conspexerit. Ergo hominem vagum stigmate notatum laborare & servire pro illa temeraria libertate jussit.

47. VINUM.

MInabatur cœlum vitibus nescio quid mal[i]. Id ab aliis Nationibus neglectius habitum Germania non parui fecit: sed supplicatione in dictâ, quibus potuit, precibus & blanditiis cœlum placare decrevit. Quæsita, quo insigni i[n]

commod[...]

commodo vino carendum esset, quod fortissima alia Regna planè ejecissent. Tum illa: Si vinum, inquit, pereat, perdita sum. Nam hoc sacro liquore fœdera, leges, conjugia, sancio; natales, exequias perago; magistratus, cives instituo, ingenia acuo milites animo, lites dirimo, Venerem enervo, amicitias necto, linguas solvo, arcana denudo dolos habeto, tempus fallo, Hospites demulceo, subditos saturo, & quæ sunt alia publicæ quietis instrumenta, quæ sobrios frequenter destituunt. Tum quidam: Non mirabor, inquit, posthac, multos præ Christo Bacchum colere.

48. *VITAE.*

PRæceptio nacta Juvenem generosissimæ indolis, cùm diu varijs regulis, axiomatibusque exercuisset, usque adeò nihil acuit ingenium, ut hebescere indies, & nauseare, denique diffugium meditari visum sit. Consulta Philosophia, quid rei abscorditæ subesset, quod docilis alioquin, sagax, & versatilis puer, tam parùm sub optimo Magistro proficeret, jussit ad se duci, & aliquandiu libertati relinqui. Excurrerat fortè, & urbis insigniores structuras perlustrans in Jovium, Pantaleonem, Miræum, & aliquos alios atrii heroici curatores inciderat, ij lineamenta liberalis vultus approbantes, in exemplorum Palatium celebre introduxerunt, cuius intuitu juvenis accensus non lacrimas præ ardore, & imitationis desiderio cohibuit. Tum ad suos remissus somnio, otio, epulis, ludicris invisus, admirabili

nisu divina humanaque penetravit. Ac tum innotuit, virtutis unum exemplum præstare multis præceptiunculis.

49. VMBRA.


ODerat quidam umbram suam, quod se velut arbiter & coryceus sequeretur: quare illam quoquo modo præcedebat; sed cum reluctantem, & motus omnes referentem animadvertisset, cepit plurimum extimescere, nec aliter, quam hostem, reformidare. Quare adversus Soli aut lumini procedere recusabat; sed perpetuis tenebris delitescere. Id nimis durum videbatur: quare, habito cum amicis consilio, eam mole aliqua injecta elidere decrevit, secretissimo in loco, & ut ipse putabat, umbræ impervio. Cumq; in insidiarum loco umbram haberet, signo dato molem præcipitari jussit, atque ipse, ne eadem ruina allideretur, subito saltu se subtraxit, respiciensque à tergo, umbram, quam mole oppressam existimabat, secum evasisse intellexit. Qu... re absumpto omni frustra consilio, æger anim... esse cepit. Tum Umbra: Quid me, inepte, r... formidas innocentem? quę sum comes tibi, ne... hostis addita; nec sine tua internecióe abigi po... sum, aut aboleri: te prius perire necesse est, ... peream.

50. ZOILVS.

ZOilus, Momus, Aristarchus & cõsimiles h... minum Mastiges, quod Poetarum epigra... matibus passim proscinderentur injuriam c...

questi, caveri sibi posthac, & refrenari Poeticam licentiam petierunt. Nam quod multa ipsi reprehenderent, hominum peccata mereri: quæ si impune transmitterentur, in publicam perniciem essent eruptura. Nunc ipsorum castigatione cohiberi, & pudefieri; quod eis tamen in Rempubl. beneficium virulentissimis dicteriis & distichis rependatur. Respondit Litis arbiter, Veritati & Integritati licere, humanos errores notare, ac benigne emendare; livori & petulantiæ nunquam. Id vero in ipsis deprehensum, cum omnia insectentur, non substituere meliora; dein inquinamentis hominum non secus, quam porcos delectari; denique suo ingenio dicta, factaque omnia metiri, & pessime contorquere. Id ab invidia profectum, monstro pessimo, cum bonis semper displicuerit, malos correxerit nunquam, etiam hodie Reipub. intolerabile, & omnium ingeniis vindicandum videri.

APO-



APOLOGORVM CHRISTIANORUM Manipulus quartus.

Seneca.

Pusillus ille, ac degener, qui Deo obluctatur, & de ordine Mundi male existimat, & emendare mavult Deum, quam se.

1. ΑΥΤΟΣΧΕΔΙΟΝ.



Vtoſchediaſtes, quod ingenioſiſſimus, videri vellet & extẽporaneus, paſſim inter ſympoſia, & hominum congreſſus epigrammata effutiebat. Id multis eruditi capitis, & ad ſingula inſtructi creditum, non parum extulit & commendavit hominem. At cum die quadam. Muſęum egreſſus, id non occluſiſſet, Curioſus irrepſit, & pręter reliqua Poetarum ſpolia, Raviſium ac Smetium catenales reperit, ſortem ſuam indignam deplorantes. Excoriari enim ab hoc tyranno quęrebantur, quotiescunque caſus aliquis carmen poſcat, flagrisq; cedi, ut ſuggerant, quod in rem poſſit velut extemporaneum dici: ſimulq; oſtentabant, chartarum lituras, inductionesque: quæ omnia ipſe ſolicite abſconderet. Id ubi in publicum eſt elatum, captivi quidem libertati ſunt redditi; extemporaneus vero ille Poeta vulgi fabula factus.

2. BACCHANALIA.

DEambulabant in circo aeræ Chriſtianæ Natalitiæ, Circumciſio, Epiphania, Paſcha Aſcenſio, Pentecoſte, & reliqua Chriſtianorum ſolennia ſacra, & inter ſe de Salvatoris noſtri honoribus & memoria conferebant. Placuit id piis omnibus: ſed hoc maxime diſplicuit, cum intermixta conſpicerẽtur Bacchanalia. Et plerique ita ſentie-

entiebant, invitis illis hæc irrupiſſe; expectabantque, ec quādo abigeretur, ſed cum id fruſtra expectarent, & Bacchanalia ſumptuoſe culta, magno furore, & ſtrepitu debaccharēt, auſi ſunt quidam minari beſtiæ, & adverſum ire: quod, ut ex clamore bruti innotuit, immane quam inſanis Chriſtianorum armis defenſa, & conſpicuo inter ſoleñnia loco retenta ſit. nam & Curia, & Univerſitas, & Civitas hanc ſuam Divam agnoſcebant, quam annuis feriis colerent; voluerintque teſtatum, ad commeſſandum & feriandum, nec inſaniæ numen abhorrere.

3. *BEATI.*

COllegium duodecim linguarum, quod Elias Hutterus magno ſumptu inſtituit, opinione pauciores auditores reperit. Itaque ſpectaculo potius hoſpitibus advenis fuit, quam pro fundatoris voto, uſui. Habebat autem duodecim Auditoria, ad quorum, ingreſſus hæ inſcriptiones proſtabant:

1. אשרי עביי כי למו היא מלכות תשמים:

2. טרבותיך לאבלא דרתבך רתבי איך:

3. *Μακάριοι οἱ πραεῖς, ὅτι αὐτοὶ κληρονομήσουσι τὴν γῆν.*

4. Beati, qui eſuriunt Juſtitiam! quoniam ipſi ſaturabuntur.

5. Selig ſindt die Barmhertzigē/ den ſie werden barmhertzigkeit erlangen.

6. Bla-

6. Blahoslawený čistého srdce / neb oni Boha widěti budau.

7. Beati i. Pacifici perioche essi saranno chiamati figlioli de Dio.

8. Benaventurados los que padecen persecution per causa de la Justitia: porque d'ellos es el Reyno de los cielos.

9. Vous serez bienheureux quand on vous aura injuries è persecutes, & on aura dit toute mauvaise parole contre vous à cause de Christ en mentant

10. He that endureth to the ende, he shalbe saued.

11. Salige ere de, som hore Guds ord, oc bevare det.

12. Blogeslawieniß Ktorzii nie widzieli auwierzijli. Hæc cum aliquando Dodecaglottus legisset, quæsivit, anne his conditionib., his præmiis crederēt, studiosos provocari posse; responsum est, ita. At ille: Erratis, inquit; nam si ad hanc normam erudiendi sint homines, alios præceptores, alia præcepta, alios discipulos, & disciplinam aliam requirimus.

4. CASTRVM HISPANICVM.

INter alias picturę & architecturę delicias, quę vitæ humanæ forū quotidie spectandas emendasq; exhibet: Vix quidquam vendibilius allatū esse, aiunt, quam fasciculū delineationū aliquot Castrorū Hispanicor. Nā cum ea Natio præ reliquis imaginatione, & phantasiis valeat, credibile

...te fuit, Variæ artis ſpecimina uno opuſculo eſſe ...omprehenſa. Tituli erant *Caſtrum pro Conſilia...o, caſtrum pro Nobili, caſtrum pro Abbate, pro ...ecano, pro Præfecto, pro Profeſſore, pro Senatore, ...o Divite, pro celebri, pro artifice*, & centum alii, ...ilicet qualia conſtabat, ingenia ſibi placentia, ...on optare tantum, ſed magna ſpe concipere. Ac ...ne nō deerat, quo Suffeni acquieſcere poſſe fa...ebantur, cum neſcio quis fabulam omnem tur...avit. Is, locorum peritus, aſſeverabat, Hiſpa...iam arcem nullam, ſive, quod vocāt, caſtellum ...abere, aut ferre etiam; itaq; pro aureis ſomniis, ...c liberalibus nimium ambitioſi cerebri pollici...ationibus numerari Les chaſteaux en Eſpagne.

5. COR.

TEmpore ſereno, & mitiorib. aſtris dominantibus, cum lingua licenter multa blateraret, cordatæ libertatis, & infractæ integritatis nomē affectavit. Nec abfuerunt adulatores, quib. placebat impudens in omnes & omnia dicacitas. Non tulit id tamen cor maſculum, jam olim difficiliorib. annis & ſub tyrannidis terriculamentis exercitatum, ſcilicet quo tempore religio frigebat, Juſtitia rubebat, pudor exulabat, ingeniū eſuriebat, virtus ſuccumbebat; illud, pyramidis inſtar, quoquo jactitatum, terræ baſin, cælo acumen obvertebat. Id linguam effrenem cohercens: Macte, inquit, ſtrepitu tuo, poſtquam incaluiſti! at nonne te memini haud ita pridem, & adulatam & mentitam, & ſupplicem, ac cujusvis ſordibus ſervam? cum ego te peterem interpretem,

pretem, exhorruisti, nunc absque corde viri, fœmineum mutuata, non Zeli impulsu, sed cœli beneficio bonorum auribus abuteris: sed fallor, an redeunte hyeme cum ranis omnibus denuo obmutesces. Erubuit lingua, & posthac solidioris cordis occursum omnem vitavit.

6. CORRECTIO.

VOluntate & mandato Superiorum, variæ machinæ & instrumẽta excogitata sunt, quibus curvitates hominum corrigerentur. Nec caruit successu multorum laudabilis conatus, qui seculorum aut consuetudinum vitio incurvata, haud exiguo numero dirigebant. Redierunt in rectitudinem feroces, scioli, prodigi, loquaces, mobiles & alii juvenili fervore peccantes, quibus maturitatis instrumentum facile nervos incidebat, & experientiæ machina arcum reflectebat. Duo tamẽ genera maxime incorrigibilia reperta sunt: Chymicorum phantasia, & Mulierum vanitas. Nam ut Chymicus & solutus & coagulatus, & contusus & conflatus ad spes inanes ac laboriosas semper redit: ita Mulierum vanitas in corporis cultu, comptu ac mundo nullis regulis cohercetur, nulla ratione moderatur, nulloque ludibrio ejicitur; sed id habet proprium, ut in hanc partem flexa, quam primum in alteram se reflectat, citiusque circuli quadratura reperiatur, quam muliebris amictus rectitudo.

7. DISCIPLINA.

THeophilus cum in Schola Christiana eò pro-
fecisset ut jam Tolerantiæ & Acquiescentiæ
ndidatus audiret, ingentes gratias Præcepto-
ius dixit, & merita singulorum conquisitis e-
iiis extulit, præ reliquis vero invidiæ, quam
petuo habebat infensissimam, pro fidelissima
pectione grates persoluit. Id nonnullis admi-
oni, sed sagacioribus voluptati fuit, cum ani-
dverterent, hujus stimulis & aculeis, Theo-
lũ ad optima quæq; & rectissima impulsum.
, ut maxime sub amicis discamus, nemo nos
men circumspectos, modestos & integri tena-
magis reddit, nemo ad nostri cognitionem
ctius adducit, quam malevolentis inspectio,
æ creberrimis increpationibus & donorũ ex-
nuatione, tum voluptatum impedimentis in-
terminos nos tenet: dum amicorum facili as-
nsu, nimioque applausu, undiq; diffluimus, no-
iq; oblivione soporamur. Unde R. Acquibam
ctissime pronunciasse intelligimus, cum ait:
ulta à Pręceptoribus meis didici, plura à sociis
eis, plura à discipulis; sed ab inimicis meis plu-
quam à reliquis omnibus. Nam hi docuerunt
nus sentire de me, & universa terra, magis de
eo, & cęlorum regno perfectissimo.

8. EVCLIDES.

Nvaserat Euclidem lubido terras peragrandi,
quod crederet nominis sui fama jam orbem
pletum, velletque ab hominum applausibus
volu-

voluptatem capere: sed longè falsus est. Nam v
millesimus quisque nomen ejus inaudiverat, i
que sordidè habebat: quod etsi momordit Eucl
dem, tamen vulgo id condonandum judicavi
didicitque id clanculum, nos extra fines nostr
non usque adeò, quam putamus esse celebre
Itaque ad Pædagogum divertens, cùm nuncia
jussisset Euclidem adesse, & pompam ex studic
sa juventute obviam, ovantemque expectare
Pædagogus duos crucigeros eleemosynam m
sit. Quem veluti vulturus, in arenâ, Euclides sch
ma unum alterumque descripsit, abijtque so
mnians, si ea Pædagogus intueatur, dolore, quò
tantum virum neglexerit, ruptum iri: sed tu
maximè aberravit. Nam Pædagogus, cujus str
poris erat, ex illis circulis Magum interpretatus
insequi hominem, & in carcerem conijcere ju
sit. Id ubi literati rescivere, doluit quidem inju
ria Euclidi facta: sed tamen gloriosulum homi
nem increparunt, qui se temerè bestijs exposue
rit.

9. EXACTIO.

QUidam homo Dei cùm vidisset delicta Mun
danorum argento expiari, & taxam Pœni
tentialem præscriptam, quę singulis peccatis sua
pœnas imponeret, ratus id è re quoque Ecclesia
fore, si nimia peccandi facilitas & licentia aliqu
exactione cohercęretur. Unde & ipse in blasphe
mos, periuros, impuros, mendaces, calumniato
res, temulentos, aleatores, ardeliones, parasitos
& id genus sordidatos alios taxam præscripsit
qu

ia hæc homini Christiano indecora cum pau-
rum usu castigarentur. Sed res sequius cessit.
am cum Mundi exactores ex levissimis cere-
oniis, titulis, gesticulationibusque neglectis
nsus ingentes contraherent, Ecclesiæ quæsto-
s undique à flagitiosissimis etiam exsibilati
nt: Adami nempe, non nostram culpam esse,
inductæ labis, atque hæreditariæ imbecillita-
s, quam quoties Deo objiciamus, tum facile o-
nem turpitudinis notam elevari. Hinc Eccle-
a ingemuit, &: ô admirabilem, ait, & versati-
m Adamum, quem Prætor cohibere potest, sa-
erdos cohibere non potest!

10. FIDES.

Chola Mathematica, quod ingeniosissimis
adinventis quotidie inclaresceret, pro se ne-
io quos titulos, immunitates, & privilegia im-
etraverat: unde insolentior reddita, nunc se
erram loco moturam, nunc Solem anteversu-
am, nunc omne cœli systema vitro representa-
uram jactitabat, & populi admiratione, haud
evi supercilio, perfruebatur. Discurrebant pas-
im Ephemerides, rerum cœlicarum internun-
iæ, & stellarum itinera, conventus, consulta-
iones, minasve recitabant, ut jam prope fue-
int Mathesi divini honores decreti. Nam quæ
um cœlo commercium haberet, & ad Superum
rcana admitteretur, quæ omnia metiretur, nu-
meraret, ponderaret, inter mortalia inique cen-
eri. At restiterunt acriter Moses, Josua, ac Eze-
I chias,

chias, obtinueruntq;, nisi Solem vel obtenebr ret, vel sisteret, vel retraheret, nũquam ultra h mana ascendisse; sed Fidei robori longe postp nendam esse.

11. GARTIANVS.

ALanũs Gartianus Gallus, morum incomp sitorum censor acerrimus, cum duas propos tiones temere effutiisset, conjectus est in carc cerem. Una erat: *Qui diroit, que signeurie fi entreprise par la violence des plus forts sur l moindres, peu de merveilles seroit voir subvert ou muer chose fondee sur si petit & inique com mencement.* Altera: *Les seculiers par ausmon se sont descharges, pour monter vers Dieu en E sprit plus legerement, & le clerge en à pris si grã fais, et si grosse charge sur ses espaules, qu'il l courbe tous vers la terre, et le destourbe à regar der aux cieux.* Cumque discutiendum esset ne gotium, à sacro simul & civili ordine; ille qui dem primam veram, alteram hęreticam asseruit hic vero posteriorem veram, priorem seditiosam contendit: ita divisis animis contra utrumqu statum durissima quæq; sunt pronunciata. Hæ cum animadverteret Alanus, non alios sibi i terris judices exoptavit; ita tamen, ut à Religio sis ad Politicos, à Politicis vero ad Religiosos appellaret: Ita lis pendet, æternumque pendebit.

12. GE

12. GERYON.

GEryon, monſtrum pugnax; & multis Olympicis certaminibus coronatum, optimum quemque magno ſupercilio provocaverat. Nec ſane tutum erat, cum eo congredi, quod ſex manibus pugnaret, tricorporeum. Caput unũ Conſuetudo dicebatur, cujus manus educatio & inſtitutio, pedes, domus & officina erant. Caput alterum perſuaſio dictum, manus ratiocinationem & legem, pedes vero ſcholam, & forum habebat. Tertium caput, Vis inſignitum, manibus ſervitute & furore, pedibus Aula, & caſtris conſpiciebatur. His membris qui ſe opponeret, in univerſo Mundanorum exercitu repertus eſt nemo. Tandem Chriſtianus comparuit, minus ad hanc pugnam aſpectabilis, qui ad Davidis exemplum, neglectis Sauli armis, Fidei, charitatis, patientiæ, pænitentiæ, precumque ſelectis levibus ſilicibus, Gigantem aggreditur, unoq; Fidei ictu cum ſpectatorum admiratione proſternit, atque exemplum memorabile Chriſtiano gregi reliquit, ne ſe unquam vel immanibus mundi terriculamẽtis proſterni, & in lethales vitiorum carceres abduci patiatur.

13. IDEA MUNDI.

MUtus multis verbis Cœcum orabat, ſi quem forte vidiſſet cytharœdum, artis peritum, commonſtraret quod filio ſurdo, pro temporis fallimento adducere eum vellet. Cœcus haud ita dudum abs ſe conſpectum Muſicum ajebat; ſique conquirendo puerum ſuum claudum offe-

rebat. Ita propere emissus puer, dum urbem percurrit, in Cytharœdum manibus mancum incidit, persuadetque homini, ut Surdi voluptatibu servire velit. Ita adductus Musicus, tacitis soni surdum oblectat, cęco se probat, & muti applau su stimulatur, claudus interea tripudiat, ędesque toto insolito gaudio perstrepunt. Id animadvertens homo fatuus, violenter irrumpit, ac admirabilem chorum intuitus lugubribus cachinnis colophonem addidit. Non latuit id Sapientiam, quæ rei spectandæ accedens, cum magna voluptate omnes fabulę personas contemplaretur: En vobis, inquit, Mundi absurdi ineptique verissimam Ideam!

14. INFELICITAS.

CUm Infelicitatis nomen multi & literis & virtute celebres honorarent, & famam suam omnem eidem gratam referrent, non tulit id æquo animo Fortuna; sed stuporem hunc mortalibus exprobravit. At Petrus Abelardus, vir sui ævi maximus, suo & infinitorum nomine de Infelicitatis felicitate solenni conventu declamitavit, evicitque, ut concio omnis fateretur, nihil citius hominē ac perfectius evehere, quam adversam fortunam, qua jactitati homines, & mundum & sese, ac Deum ipsum agnoscere inciperent, indeque ad veriora certioraq; elevati, in lubrica malignaque hæc inferiora imperium arriperent. Assensere viri principes, viri Theologi, Viri literati, viri fortes, quibus carceres, exitia, injuriæ, vulnera ad perennem gloriam servierūt

Unde

Unde in his terris nihil ęque monstrosum, quam homo perpetua felicitate saginatus; è contra quem varii casus exercuerint, omnibus rebus accommodatissimus est judicatus.

15. LABYRINTHUS.

AJunt hujus Mundi Labyrinthum miris ambagibus homines circumferre, ac plerumque post longam fatigationem iisdem cancellis reddere. Cujus specimina quidam nobis nuper exhibuerunt. Simplex in Curiositatis caveam delatus, postea contemplationi junctus, cum jam omnia dijudicaret, paulo post vertigine correptus ægre & anhelans ad simplicitatis confessionē rediit. Indigus jussus laborare, ditescebat, ex quo insolescens cum sua prodigeret, ad indigētiā reversus est. Nescius disciplinæ admotus, rerumq; admiratione exceptus, jam omnē scientiam jactabat; sed temerariè omnibus involutus, post longos errores nescire se reperit. Servus libertus factus, ac mox herus tyrannidem exercuit, qua excussus & sauciatus servitutem repetiit. Hæc animadvertens sagacior aliquis: Jam demum, inquit, liquet, quid illa labyrinthi hieroglyphica velint: *punctum, linea, figura, corpus, irregularitas, punctum.*

16. LIBELLUS.

LIber & libellus sibi obviabant. Ille, cujus erat insolentię, pusillum despiciens: unde & quo, inquit, immanis: Libellus sarcasmo irritatus: Et tu inanis, respondit, quorsum? Ita mutuis aculeis stimulati, cum ille mole superbiret; hic ingenio

conſideret, facile ad injurias verba reciproca invenerunt. Doluit tamen libro, exprobrari tot authorum ſpolia, & impudentes deſcriptiones, ac plebeiam verboſitatem, quod non niſi congeſtum acervum rerum quotidianarum referret, ſine ſtructuræ ullius artificio. Contra libellus audiebat extemporaneus & præcipitatus factus, qui, unico ceu fulgure, oculos perſtringeret, ac mox evaneſceret. Tandem re ad arbitros devoluta, cum pro utriſque laude multa adferrentur, id tandem improbatum, quod liber libellum temere irriſiſſet, cum rerum Hiſtoria, id dudum innotuerit, nihil ad movendos, informandosque homines, ac cauſam novam inſinuandam aptius, convenientiusque eſſe minutis, ſed ingenioſis, libellis.

17. *MAGNES.*

IN cordis Chriſtiani fodinis repertus eſt magnes inſolitę ſpeciei, qui cũ Guilhelmo Gilberto Anglo exhibitus eſſet, homini magnetis cognitione & examine exactiſſimo, non ſatis admirari naturam lapidis potuit. Nec enim ad ullam terræ plagam vergebat; ſed ſurſum nitebatur, & quaſcũq; fricaſſet acus, elevabat. Unde Gilberti ſuſpicio, aſtri alicujus hanc eſſe ſympathiam; ſed cum Zenith ille unice reſpiceret, nec cœli motu moveretur, judicium ſuum omne ſuſpendit. Jucundum erat videre, acus diverſis & ſejunctiſſimis locis, quas tetigiſſet, erectas & tenui cuſpide ſtare: quod cum vir quidam, divinarum rerum ſagax indagator, eſſet intuitus: hic equidem amoris

s Divini magnes est, qui attacta humana cor-
a erigit, neque ad ullam vel voluptatis, vel uti-
tatis partem respicere sinit; sed uni charitatis
Zenith Christo obvertit: unde dissita inter se lo-
is, officiis, honoribus, bonisque pectora idem
amen sentiunt, & cœli recto appetitu conspirāt.

18. MICRO-KYRII.

SOlebant eundem Patronū duo ejusdem me-
riti & conditionis amici, & benevolum uter-
que sibi pollicebatur. Alter quidem ipsum He-
rum observabat, consulebatque neglectis servis
ejus, ratus, ab hoc primo mobili inferiora omnia
otari. Alter servos ambiebat, & munusculis si-
bi frequenter conciliabat, hoc medio universam
Patroni familiam sibi devinciens. Hinc accidit,
ut, quicquid annueret Patronus, ille statim im-
petraret, ac opportunitatem etiam captare pos-
set, dum alter invitis servulis vix nummū unum
aut alterum extraheret. Doluit homini, tam pa-
rum utilem sibi Patroni gratiam, nec tamen ani-
madvertit, servorum dolo omnes liberalitatis
tubulos averti, vel obturari itaque mali causam
inquirens, cum forte in hominem simplicem in-
cidisset, laternam manu gestantem, ac de his re-
bus colloquerentur. En tibi, inquit, ocularem
demonstrationem, quam eadem distantia hæc
lamina ferrea non nisi minutis puncturis lucem
transmittat, cornu vero pleno lumine resplen-
deat; tantum interest, quales inter te & Patro-
num habeas interpositos.

19. MONAS.

MOnas nec sorte, nec sanguine, minus vero ingenio excellentior, Heri nimio favore omnib. rebus præficiebatur, adeo ut cerebrum, cor & os Patroni sui nō tantum vocari per adulationem gauderet; sed re vera id omnibus probaret. Nam, quæ pluribus debebantur, consulendi, dirigendi, dispensandiq; officia, quodq; unius hominis nunquam esse poterat. id ille unus absolutis oraculis expediebat, simulq; redituum succū & medullam ad se pertrahebat. Jamq; magnitudine hero formidabilis, amicis fastu molestus, servis tyrannide intolerabilis factus, cum perenne fortunæ solium insidere & posteritati id stabilire sibi videretur, non animadvertit stolidus suis imperiis Patriæ fulcra erosa, quibus inopinato concidentibus, ipse præceps dejectus, omnem futuri spem, & præsentis possessionem perfregit, præteriti vero delictis cruciatus, pro brevi fama, perpetuam tulit infamiam.

20. MONSTRA.

IN Hyberboreorum plagis insula haud ita pridem reperta est, quam suo nomine Anticyram vocant. Eam admirabiles incolas inhabitare ajunt & inter se dissimiles: quosdā enim linguas prælongas habere, cor nullū, quosdam cor absq; lingua, quosdam oculos acutos sine cerebro, & cœcos quosdam esse cerebrosos, auritos videri alios sine naso, nasutos alios sine auribus, manus multorum non habere nervos; & quibus nervi,

carere

parere manibus: stomachum nonnullos implere absque egestione, & egerere alios absque repletione: dormientes haud paucos ambulare, & vigiles lectulis sepultos: & hos tamen inter se non incommode vivere, atque rem administrare publicam pacate ferunt, ut credendum nobis sit res humanas non nostra monstrositate, sed superiori aliquo imperio regi, quod præscire divinum, æmulari temerarium, sequi pium, evitare fatum sit & pestilentissimum.

21. MVLIEBRE ALPHABETVM.

QUidam Gynæcomastix, homo prophanus, in muliebrem sexum contumeliosum Alphabetum excogitaverat, quo *avidissimũ animal, bestiale barathrum, concupiscentiam carnis, duellum damnosum, æstuantem æstum, falsam fidem, garrulũ guttur, herinnim armatam, invidiosum ignem, Kaos calumniarum, lepidam luem, mendacium monstrosum, naufragium vitæ, odii opificem, peccati auctricem, quietis quassationem, regnorum ruinam, sylvam superbiæ, truculentam tyrannidem, Vanitatem Vanitatum, Xarxiam Xerxis, Yvroniam immodicam, Zelum Zelotypũ*, proclamaverat, hoc uno moderamine addito, quod non nisi pessimas feminas velit exagitatas. Id vero prudentioribus haud placuit, quod bonarum mulierum tam variæ, tamque frequentes essent virtutes, quæ optimo merito malarum facinora obtegerent; & hanc reverentiam Divinæ Matri debere, ne ob aliquarum vitia, ipsi sexui

ulla infamia inuratur. Itaq; aliud Alphabetum est oppositum, qua bonæ fœminæ *Amabiles, benefica, casta, devota, elegantes, fideles, grata, humiles, jucunda, lenes misericordes, negotiosa, obedientes, prudentes, quæstuosa, reverentes, sapientes, tacita, veræ Xenophila & Zenobia* sunt publico decreto, & bonorum omnium applausu pronunciatæ.

22. *NASUS.*

ERat, cui nasus insolita mensura excreverat: quo etsi perfectius olfaciebat, tamē deformitatem oderat. Dumq; medicinæ inquirendæ oberrat, & amicos consulit, per multos exprobratores, & temerarios judices, paucos admodum æquos & Physices peritos reperit: Hic nimiæ repletioni, ille curiosiori indagationi, alius vitioso humori, alius inflationi, & nescio quis incantationi causam adscribebat; & latibula ac tenebras nasoni persuadebant. Sed nō deerant tamen qui gratularentur, quod innoxia illa, nec ęgra deformitate, & minus molesta turpitudine ad multa vitæ commoda esset admissus. Nam & nidore & varia suaveolentia, supra reliquos affici posse, & impuriora facilius ejicere, deniq; quocunq; in loco risus materiam suppeditare. Tum ille, finite mihi nasum meum, quem vel ob id unum diligo, quod amicorū & intimorum meorū ingenia lubrica, & infidelem fidē est odoratus.

23. *NOMINA.*

PRoximis Comitiis, quæ multæ erant, querelæ non auditæ sunt tantum, sed etiam reprobatæ, & seve-

& severissimis edictis proscripti rei, tyrannis, simonia, ambitus, hypocrisis, barbaries, impuritas, otium, & cõsimiles mortalium tortores: quibus magno strepitu & infamia expulsis, immane quantum populus ad perennis felicitatis spem sit erectus. Sed cum paulo post homines non mitius haberent, & sacra prophanaque tacitis insidiis affligerentur, neque constaret, quibus cuniculis hæc mala sese occultarent variè contra sese mentes distrahebantur. Nam qui rebus præerant, accusabant vulgus, veluti semper querulum nec unquam acquiescens: qui serviebant, suspicabantur, vel superesse aliquos expellendos, vel redijsse expulsos: nec tamen id exprobrare Reformatoribus suis audebant. Tandem sagacior aliquis: Nescitis interdictis illis, nomina proscripta esse, rebus jus civitatis neutiquam ablatum?

24. OBEDIENTIA.

TEmporibus difficilimis, cùm passim homines contabescerent, & maximè impatientas exaresceret, una obedientia nitidiori cute, & fronte serenâ conspecta est. Id multi ad turpe obsequium, vel illiberale servitium referentes, cujus beneficio illa victum sibi pararet: multis devoratis calumniis, se omnium approbatione purgavit. Est, inquit, unum mihi, quod nec capi, nec cogi, aut vinciri potest, Cor, Deo jam dudum traditum: reliqua servitutem hujus terræ

non effugiunt. Nam ut pessimi imperent, & inepti doceant, & indigni opibus abundent, nec ego neque mortalium quisquam prohibebit: itaque pati eos, dum conscientiæ non vim faciant, tum decet, tum maxime oportet. Non enim nostrum est æstimare, quos supra cæteros, & quibus de causis extollat rerum arbiter: illi summum rerum judicium esto: nobis obsequij gloria relicta est.

25. OECONOMIA.

AGricolæ, homini rerum Oeconomicarum peritissimo, Sophista nescio quam barbariē, & sordes exprobrarat, quæ omnes politiores offenderent. Ille, ut humanitatem suam probaret, bellum sophistæ indixit, quo, suis & amicorum viribus collatis, uter hac luce dignior esset, constaret. Nec nūc, ad primum nuncium apparuēre Physica, Ethica, Astronomia, Geometria, tum Ceres & Bacchus, Pan item ac Diana, imo & Æsculapius ipse, magnis adductis ex quadrupedibus, volatilibus, natatilibus, reptilibusque copiis, quibus & suo, & totius felicissimæ Antiquitatis nomine Agriculturæ decus, incolumitatemque contra Sophistices ineptias sartam tectamque voluerunt. Altera parte Sophista, cum diu anxie discurrisset, vix Grammaticam, Dialecticamque exoravit, liceret in regnis ipsorum non optimos fortissimosque milites conscribere, sed rejectamenta ex Anomalis, Heteroclitis, defectivis, & cornutis, fallaciis contingentibus colligere, quos cum lustraret, & numero non

con-

contemnendo crederet, aciem instruere ausus, mox viso Agricolæ exercitu; pudore ac invidia percussus, suis desertis & proditis, turpiter disparuit.

26. PAPYRI-PERDA.

CUm ex Polygraphis quidam merita sua in Rempub. impudentius jactitaret, non tulit id Minerva, & cum risu vn gaste papiers vocavit, quasi papyri-perdam diceres. Id homini intolerabile visum cum de injuria, undique conquereretur, tandem obtinuit, ut Minerva audiret. Illa ut cavilli sui testes haberet, Bibliopegos, Mercatores, & pharmacopolas convocavit, quæsivitq; quanam maxime papyro res suas involuerent, è qua mappas suas potissimum conficerent. Responsum est uno ore, unum polygraphum hoc tempore omnes officinas occupare. Quæsitus Bibliopola, quo præ reliquis abundaret libro, Polygraphi vasto volumine; Typographus etiã cum gemitu, nimium se hujus pecoris divitem fassus est; denique & ædium abscondita hunc scriptorem agnoscebant. Hæc ut audivit, Judices accedens: Fateor equidem, me huius viri famam nunquam satis agnovisse, ut qui de omni hominum genere optime meritus est; itaq; oro, veniam meæ imprudentiæ det, ac ipse porro talia opera scribat, quæ si non Bibliothecis, certe humanis usibus sint dedicata. Id unum metuo, ne, dum infinitorum manibus teritur, tandem absumatur, librisque suis vivat superstes.

27. PATELINVS.

PEtrus Patelinus, impoſtorum anteſignanus cùm eodem prope momento tres diverſiſſimos nec ſtolidi capitis decepiſſet, mox à ſimpliciſſimo quodam turpiter deluſus eſt Id cum plerique admirarentur, unus Patelinus, nihil abſurdi nilque inuſitati eſſe, aſſeruit. Dolis namque & fraudibus nihil æquè obſtare, ac ſimplicitatem Veritatem, candorem, imò & ſtuporem, ſecus quàm magna pars hominum arbitretur. Id audiens Monarchia ingemuit. Nam cum olim invicta crederetur, tamen ruina ſua probavit, nihil hîc eſſe inſuperabile. Itaq; ad proximos cõuerſa: Non me vis, non induſtria, ſubegit, ſed minutum ad ſpeciem animalculum peccatum, quod me clanculum ita erodit, ut, cùm maximè mihi valere viderer, planiſſimè corruerem. Exinde id cum ingenti dolore didici, nihil æquè Deo conſuetum, quàm maxima & validiſſima noſtri orbis, abjectiſſimis & neglectiſſimis rebus deijcere.

28. PIETAS

VIderat Pietatem hypocryſis, illa tetrici vultus ſanctula lætam & ſubridentem, tumque nimiis doloribus veluti ablatam, aut extra ſe raptam arbitrata: Hem, inquit, miſella, ridere etiam lubet, rebus undique afflictiſſimis? Tum Pietas: Atqui id meum, inquit, proprium eſt, ſemper in Domino gaudere. Et hypocriſis: Nonné enim crucem, te ferre decet, id eſt, dolores?

Pietas

letas: Absit à me gloriari, nisi in Cruce Domini ostri, Jesu Christi. H. Et casus varios subire? . Dominus dat, Dominus aufert: sit nomen Domini benedictum. H. Et inopia premi? P. Habentes alimenta, & quibus tegamur; his ontenti simus. H. Et convicia audire? P. Christus cùm maledictis incesseretur, non reessit H. Et atroces injurias accipere? P. Mihi indictam; ego rependam: inquit Dominus. I Et morbis cruciari? P. Justus es, Domine, & ectum judicium tuum. H. Ab amicis deseri? '. Pater & Mater dereliquerunt me: Dominus utem suscepit me. H. Et graviter tentari? P. n ira, Domine, misericordiæ recorderis. Hæc udiens Hypocrisis erubuit, ac se subduxit: ietas verò hilari fronte, Deum sequi perreit.

29. PSYCHE.

P Syche, invito patre Jovâ, Cupidinem maritum admiserat, ex eoque voluptatem pepereat; cumque prolem & indulgentiùs educaret, & flagitia alia committeret, Apollo rationis Præses, apud patrem graviter accusavit, & ut ausam dicere cogeretur, obtinuit. Tum Psyche imida Hypocrisin conduxit, quæ adhibitis falsa eligione, & ficta disciplina causã tueretur. At cũ ea multis & fucis & involucris Psychẽ excusaret, andem judicis jussu denudata turpis & purulenta pparuit. Hinc vinculis hac adjudicata, Psyche, misericordię intercessione salutẽ invenit; si quidẽ per Metaneæ humilẽ casulam ad lites perreptaret

& divor-

& divortio cupidinis jurato, perpetuam castitatem cælicæ sapientię addiceret. Fecit id Psyche: profligato Cupidine, abdicatâ voluptate, auditâ Metanæâ, exoratâ sapientia, quæ pessima quondam erant, in optima commutavit.

30. PVGILLARES.

CUm in forum venisset, qui Pugillares Venum exposuerat, multos emptores reperit: ij tamen cum sapientum examine Vitiosi deprehenderentur, mox prohibiti sunt & confiscati. Erant autem ita confecti, ut, quæ inscribebantur, non obliterari tantum possent; sed sponte evanescerent, nescio qua corrodente specie insita. Unde qui res sacras & divinas inscripserant, qui rationis & naturæ præcepta, qui optima vitæ consilia, & morum correctiones; cum opus erat repetere, planè ea amiserant. Hinc Deus, cœlum, honestas, pudor hominibus subinde excidebat, & boni verique memoria, sive reminiscentia interibat subibatq; in locum incôposita & temeraria vitæ tumultuatio, sive chaos. Tandem repertus est aliquis horum usus, scilicet si quis Mundi huius pollicitationes simul & iniurias iis inscribere velit, esse accommodatissimos: Sic enim res Christianorum ferre, ut res, spes, opes, fumos, dolos, bolosque huius terræ ex animo delere, ac æternum oblivisci expediat.

31. PVMEX.

INter rerum humanarum institores, tempus etiam locum aliquem sibi petierat, cumque crederetur

eretur,res pretiosissimas expositurum,prȩter pu-
nices in præsens nihil prostare voluit. Cumque
curiosis interrogaretur, quo singulari Reipub.
su emi deberentur; maximo respondit. Nam
is pumicibus fricandos levigandosque esse,
uotquot novitiorum asperitatem ad functio-
es suas afferrent; scilicet novos Theologos,qui
mnes hæreses uno anno eradicare, omnes con-
cientias concatenare; Novos Politicos, qui o-
nnes mores corrigere,omnes consuetudines re-
ormare; Novos Literatos, qui omnem barba-
iem expellere,omnem eruditionem absorbere;
Novos Maritos,qui omnem Oeconomiam per-
olare, omnem disciplinam rectificare; Novos
rtifices, qui omnem elegantiam introducere,
nagnis minis & spiritibus aggrediantur, quos
mnes rerum tractatione fatigatos,& experien-
iæ pumicibus detersos reddi posse ex asperrimis
& scabrosissimis maximè tractabiles.

32. QVAESTVS.

Liberalitas & Tenacitas cùm aliquando sibi
occurrissent, illa quidem nitida, & corpulen-
a, hæc sordida & lurida; atque se invicem salu-
assent. Liberalitas: Ecquando tu, inquit, fame
moreris? Ego fame? respondit Tenacitas, quæ
veluti, Midas ex omni, quod contingo, aurum
acio: tu vero quando tua concoxisti? Cùm Ma-
e, inquit illa, siccabitur. Nam, ut Mare liberali-
ate sua omnem terram humectat, a vicissim ab
a undique gratiam recipit; ita liberalis ani-
nus dando, recipiendoque omnibus bonis suffi-
cit.

cit. Tu verò quod inuitis abradis, id ægrè custodis, ne repetant; ac ob id nec tuo corpusculo satisfacis, cùm tibi ipsi plurima suffureris. Et Tenacitas: Quàm verò, inquit, absurdum est, colligendo pauperari, dispergendo ditescere? Nihil absurdi homini Christiano, respondit Liberalitas; imò id maximè congruum, dando dantes accipiendo accipientes provocare. Nam quia hæc terrena ad tempus nobis commodata sunt, nihil est liberalius, quàm ea cum multorum usu & voluptate commutare. Disces igitur posthac, in sumptu honesto faciendo quæstum consistere.

33. RABULA.

CUm duobus potissimùm modis homines pereant, *Abundantiâ Opum, & abundantiâ Sermonum*; utrisque à malo genio præfectus est Rabula. Nam quia Opum cura varias lites movet ac deposcit, non potuit speciosius ei subsidio mitti, quam streperum ac verbosum aliquod jus, sub quo omnis iniquitas comprehenderetur. Huic Rabula serviens, & omnes spiras, lubricitatesque, edoctus, hoc unum agit, ut linguæ volubilitate ac impudentia fœditatem rei obtegat: interea tamen verba auro commutet. Ita Jus fit injuria, Leges laquei, Sententia seductio: neque quidquam est tam Christo adversum, quàm litigii & loquacitatis infaustum ministerium. Unde cùm Rabula fortè præteriret, Vir veteris ævi, infame nummi, linguæque mancipium conspicatus, palàm expuit, addiditque idiomate suo:

Qu

qui multiplicat verba, multiplicat mendacia: qui multiplicat mendacia, multiplicat furta: qui multiplicat furta, multiplicat condemnationem. Quod audientes multi, Rabulam, velut certum conductum Satanæ organum, exosi sunt.

34. RATIO STATVS.

Cum plurima subinde, præter communem vitæ rationem, decernerentur, nec illa tutò improbari possent, multos admiratio subiit, cuius tandem consilio hæc talia essent instituta. Nec enim credibile erat, usque adeò maiorum leges & consuetudines nobis excidisse, ut in momento prope nostra decreta mutare, transformareque cæco quodam arbitrio velimus. Tandem innotuit, aliunde advenisse novam regiminis formulam, quæ se *Rationem Status* dictitet: Ei licere divina humanaque iura pro arbitrio infringere, dum eum, quem sibi servandum proposuerit, statum consolidet, nec pudori, iurajurantis, aut, uno verbo, conscientiæ quidquam cautionis debere. Obstupuit ad hanc invidendam licentiam populus, nec iam, quid agat, quóve placeat modo certus, ad horas singulas se, suos, sua exposuit, nescius quàm æquè, iniqueve ratiò status sit decretura. Et certè dies diem, consilium consilium, lex legem elidebat; cùm Divini iuris peritissimus quidam rationis huius irrationabilis interitum præsagiens: Confidite inquam, cives: nam hæc Cœlici status ratio est, omnes statuum impias, iniustasq; rationes cum horrore deiicere.

35. Re-

35. REPRAESENTATIO.

COmœdia, quæ patrum memoria Vitæ humanæ varia repræsentatione animos populi erudiverat, ac juventutem imprimis, morum decentiorum nitore, incompositorum deformitate, mirum in modum formaverat, quod hodie plerisque in locis abiecta sorderet, graviter conquesta est. Ei se opposuerant homines tetrici quos sui imago, velut basiliscos, enecare posset si videant dolos intimos, vultum simulatum verba fucata in theatrum producta. Nam quę ingeniorum sagacitas sit, & libertas, nunquam evidentius apparet, quàm si eorum mores liceat repræsentare, qui se credunt extra omnium hominem iudicia & examina positos. Auditis utrimque partibus, cùm nec temperare linguæ suæ Comœdia, nec ferre hypocritæ libertatem posse viderentur. Comœdia quidem decoris, pudoris, ac Veri est admonita; his verò concessum quotiescunque tacitos conscientiæ suæ morsus repræsentari animadverterent, aures oculósque obturare, fore licitum.

36. RVSTICVS.

PRometheum constat artis Chymicæ peritissimum esse Is cùm ludere aliquando vellet, Barbariei massam sumsit, addiditque crudelitatis & impietatis, ana tantundem: ingratitudinis & impuritatis ana dimidium: denique calliditatis & superbiæ ana, quantum satis; atque conflatis in unum his speciebus imaginem fudit, produxit quo

ce in conspectum Deorum Quem ut Mercuri-
i est intuitus, robustum, & terræ patientem
e lineamentis dijudicans: Hic, inquit, ad o-
um nostrum nihil, nisi perpetuas turbas veli-
us: sed in terras demittatur, ut corporis animi-
ue robur inter sublunares concertationes exer-
at. Obtinuit Mercurius, & abegit Rusticum:
ui cùm jam demitteretur, Momus, Aut fal-
r, inquit, aut hic quadratus omnes mortalita-
is leges, earumque ingeniosissimos admini-
tros, dolis & duritiè sua fatigabit.

37. *SATYRA.*

Atyram nescio quis malignus divinator Ma-
jestatis ream fecerat, quæ maledica libertate
stigia rerum humanarum tetigisset. Illa nul
us livoris conscia, & de judicum æquitate ac
rudentia optimè sperans, haud timida compa-
uit, & rerum humanarum accusationem cum
ullius boni injuria factam, liberè fassa est. Sed
udices haud ex opinione aut voto habuit. Nam
uòd plerique mala committere, quam audire
alunt, & verborum, quàm rerum major turpi-
ido ac culpa habetur, durissima plerumq; ob-
urgatione est excepta, è quibus Princeps ordi-
is Tiberius Cæsar necem, nisi posthac obtices-
eret, est interminatus. At Augustus, itidem Cæ-
ar, ingenuæ libertatis amator, & correctionis,
tiam suæ, patiens, neutiquam Satyræ opprobri-
m tulit, attulitque in medium, optimos quos-
ue ab omni ævo & virtutibus conspicuos cala-
orum libertati indulgisse, quòd parũ ab iis sibi
metuerent:

metuerent: pessimos è contrà & flagitiosos Sc-
ptorum ingenuitatem odisse, quòd eam vivere
vitam; quam omnibus futuris seculis exting,
& obliterari, ê re famaque eorum foret.

38. SCIOTHERICVM.

THeophilus, quod nuper invenit, sciothe-
cum horologium magna amicorum volun-
te appendit. Erat autem huiusmodi: Religio h-
rizontem repræsentabat, Vita hominis Meridi-
num, Christus Salvator æquatorem; centru-
horologij corde votum erat, stilus Verbum De
nodus sacer Spiritus, umbra obsequium Christ-
num. Declinabat autem ab integritate versu
peccatum; Unde linearum obliquitas. Horas
distinxerat, ut prima quidem Baptismum des-
gnaret, secunda Fidem, & reliquæ consequente
Preces, Legem, Eucharistiam, Ministerium
Crucem, Charitatem, Exercitium, Revelatio-
nem, Renunciationem, & Mortem. Porrò Zo-
diaci Providentiæ signa sua, non minus anno-
tata erant. Nam Aries Creationem indicaba
Taurus Redemptionem, & quæ in ordine se-
quuntur, Incarnationem, Passionem, Resurre-
ctionem, Ascensionem, Judicium, Sanctificatio-
nem, Ecclesiam, Remissionem, Reviviscentiam
atque Æternitatem, suo quodque loco, præfigu-
rabant. Id Horologium cùm Trinitatis Sol esse
intuitus, mira rerum cælicarum repræsentatio-
ne fuit illustre, docuitque mortales, nihil esse
in rebus nostris perfectius, quàm superiora cum
inferioribus jungere, & veram cæli imaginem
corporis nostri tabella exprimere.

39. SEIANUS.

Seianus, cùm apud inferos audivisset, Conchinum Conchini, Ancriæ Marchionem, Galliæ nuper Mareschalcum famosissimum, advent are, mediis in tormentis caput erexit, & sarcasmo novum hospitem ac socium excepit. Miser Marchio, cùm non haberet, quod responderet, id unum subiecit, subsecuturos paulò post alios. Paucis inde diebus Leonoræ Galeaygæ, uxoris Conchini, adventus nunciatur, cui Philippa Catanensis Sicula, quæ quondam Neapolitanum regnum sub Johanne. I. turbaverat, obviam missa, cum excepisset sororem, infernali pompa eam introduxit, & orbis aliis pestibus sociavit. Apparuit tum, multa viris imputari, quæ revera fæminis debentur: Fortunam enim summam haud raró pudendam habere originem, nefandam sedem, & turpissimum regimen; quæ quia lucem non ferunt, Virorum laruis incrustari: hinc maximas terræ commotiones ob pudenda ortas, gloriosissimis trophæis, & fucatissimis inscriptionibus ornari. Ingemuit tum Ancrius, & O nos miseros, inquit, qui per infamem januam ad lethales, & pœnitendos honores sumus admissi!

40. SIGNATI.

Cum boni maliq;, nullo vultus discrimine, essent intermixti, visum est huius orbis Principibus sive veriùs Tyrannis, nota aliqua sive charactere suos distinguere. Et Satan quidem devotis suis literam S. fronti inscripsit, persuasitque

ſuaſitque Sapientiam ſignificare. Mundus clicentibus ſuis M. impreſſit, & Magnificentiam denotare docuit. Caro verò C. inuſſit, veluti Charitatis indicium Hoc facto, mirè criſtas erigebant, quibuſcunque hoc veluti excellentiæ humanæ teſtimonium contigiſſet, & inter ſe de præeminentia dimicabant: Chriſtianorum verò gregē, quòd nullius ſublimitatis nota inſignitus eſſet, habebant deſpicatui. At Chriſtianus quiſpiam, cui Crucis figura impreſſa, cùm ſignatorum tres fortè obvios habuiſſet: Vah ſtolidos, inqt, quos non pudet Superbiæ, Mendacii, & Crapulæ inſignia in fronte gerere! Id ubi animadverterunt illi ſuas literas aliter, quàm fuiſſent perſuaſi, accipi, & infamiæ potiùs, quàm honoris, ſigna credi, promiſſa coma in poſterum ſtigmata obtegerunt.

41. SIMONIA.

IAm diu Simoniæ eſt Eccleſia ſub gravi pœna interdictum. Illa dum exulat, neſcio quo atro ſpiritu conſulente, habitum mutat, & alia facie, moribuſque aliis ſe ſacris immiſcet, atque eo ſe moderatur artificio, ut brevi ad rerum gubernacula aſcenderit. Non licebat palàm mercari ſacerdotia: ſed, ſi quis benignus ſub alio titulo eſſe volebat, non eiiciebatur. Gratulationes, ſtrenæ, ſalutes & alia amoris officia perplacebant, & memorem Patronum ſpondebant. Id cum forte Antiquę fidei homo examinaret, Simoniam ſibi metuens, ignem contra novam hæreſin popoſcit, & vindicias undiq; conclamavit. Has Satanæ inſidias in herba extinguendas, non ferendum Ec-

cleſiæ

efiæ opprobrium, non tolerandas illas pesti-
ktes exprobrationes. Quod ut audivit ho-
m integer, & nullius hæreseos vel conscius vel
a:usatus: Itane, inquit, etiam sacri homines
cumniantur? quis enim unquam audivit, esse
hresin, si omnibus Fidei articulis salvis, una
rorum arcana nundinatio improbetur? at sa-
i si ita velit Simonia, fateor me hæreti-
cn.

42. SINE.

Espublica cùm multos videret officijs suis
parùm decorè, parumque dextrè defungi,
onem inijt, qui meliores minùs appositis
stitueret. Dumque singulorum acta exa-
nat, videt unam pa ticulam *Sine*, haud pau-
maculare. Notavit enim Sacerdotes sine
catione, Patronos sine charitate, Judices si-
periтiâ, literatos sine judicio, laboriosos sine
one, opulentos sine conscientiâ, & consi-
es alios, quibus una vocula nocuit. Itaque
ulas aliquam multas conscripsit, quibus ijs
ormitatem exprobraret; è quibus hæ paucæ
nscriptæ sunt: Imperator sine justitiâ,
ebat) est fluv us sine aquâ: doctus sine ope-
est nubes sine aquâ: dives sine liberalitate,
arbor sine fructu: juvenis sine pœnitentia,
domus sine tecto: Mulier sine verecundiâ,
cibus sine sale: Logicus sine scientiâ, est ca-
us sine atramento: Christianus sine patien-

tiâ, eſt equus ſine freno: cognitio ſine praxi, e
fumus ſine incenſo: donum ſine ſilentio, e
theſaurus ſine cuſtodiâ: conatus ſine viribu
eſt volatus ſine pennis: ingenium ſine patron
eſt terra ſine rore: propoſitum ſine conſtanti
eſt rota ſine pondere.

43. SVRDASTER.

NON nova res eſt, cum fictis hoſtibus dece tare, idq; maximè animadverſum, in ſever quodam hominum cenſore, qui, quòd ſurdaſt eſſet, nec niſi ex nutibus dijudicaret, quoſcun apud ſe concepit hominum errores, eos acrit caſtigavit. Unde factum, ut pietatem ſubin hæreſeos, probitatem ſeditionis, eruditione barbariei accuſaret, & figmentis ſuis impote ter iraſceretur: ſi quis abuſus rerum reprehe deret, ille res omnes tolli; ſi quis graduum pe facilem & indiſcretam diſtributionem ridere ille chaos introduci; ſi quis titulorum prolixit tem perſtringeret, ille vertiginis ſpiritum ole inclamabat. Ita paſſim moleſtus diſputator, larvarum impugnator, cùm in ſolidum aliqua do incidiſſet, & rem nunquam vel dictam, v cogitatam, vel creditam ei exprobraſſet: credib le eſt, inquit, hunc ſemper vincere, qui, non niſi abſurdiſſimos, ſibi hoſtes fingit.

44. TA

44. TAVLERVS.

IO. Taulerus cùm rarissimè in publicum prodiret, ac domi se semper quasi contineret, tamen vix ullius rei, quæ foris contigisset, ignarus repertus est. Quod curiosis occasionem dedit, ut inquirerent, haberétne exploratores, an vi Magicâ rerum omnium notitiam acquireret. Fama enim spargebatur, possidere illum domi speculum, in quo omnia Mundi acta liceret intueri. Id ubi Taulero, viro sanctissimo, innotuit, noluit simplicioribus imponi, & mysteriū omne interioris hominis explicavit, quam ille intra se rediens, & exterioribus renuntians, omnium artium, actionumque origines, semina & venas possideat, & in quietis sacræ centro omnia contempletur, denique vastissimum animæ amphitheatrum reperiat, cui, si sacer spiritus incubuit, nihil in hoc universo æquiparari possit. Quod ubi in vulgus est sparsum, paucos aliquos ex Mundi turbinibus ad beatum sabbatum collegit, quàm plurimis verò streperis & inquietis fuit ludibrio.

45. TESTAMENTVM.

HOmo quidam opulentus cùm mortem propinquam haberet, testamentū condidit, quo familiaribus omnibus suis voluit consultum. Ac primum omnium conscientiæ, concionatori suo privato, legavit argenti signati

ſummam, eiuſque duplum pedibus ſervis,
ſum huius duplum manibus artificibus, ac
plum eius memoriæ præceptori; tum porrò
plum ſuccu villico, & ſic conſequenter gulæ
raſito, verendis concubinæ, ſtomacho œco
mo, affectibus cognatis, ſenſibus amicis, u
ad filium cerebrum, cuius duplum cor vidua
ciperet. Hac ratione ſedecies mille, ter c
tum octoginta quatuor floreni diviſi ſunt
quibus exiguum ſanè conſcientiæ ceſſit, & c
tot laboribus in defunctum impenſis min
comparandum. At conſcientia alacri vultu
ſcepit, gratiaſque ingentes egit. Ob id irriſa
ſtuporis accuſata: Neſcitis, inquam, Mundi
tutis cautum eſſe, ne quis de ſuo ſupra 1
Deo legare auſit? 600

46. VESTIS.

PEregrinus dum terras obiret, interdum ſu
ptuoſiſſimè, interdum frugaliter veſtiebat
Hoc autem animadverterat, quoties pret
veſte compareret, omnibus eſſe obſervatio
omnibus voluptati, nec vnquam quæri, qui
meritis aut virtutibus hunc ſplendorem pa
ſet: Contrà veſtem neglectiorem, omnibus c
glectum & inviſum reddere, nec vnquam
manifeſtas animi dotes in vili involucro a
mari. Reverſus in patriam, cùm crederet
nihil opus eſſe ad amorem conciliandum fu
abiectis phaleris, nudum ſe veluti, propinqu

nis exhibuit. At illi non minùs, quàm exteri, corporis cultum desiderantes, non priùs honorarunt hominem, quàm fortunæ lacinijs iterum amictum intuerentur: cumque iterum ornatus amicos circumcirca officiosos omnes contemplaretur, depositâ in medium veste: Apage mihi, inquit, eos amicos, qui vestem pro viro æstimant.

47. *VIA.*

VIA, qua ad veræ Beatitudinis sedes itur, planè admirabilis est. Nam quibusdam properantibus longa videtur, & fatigationis plena; quibusdam cunctantibus brevissima, & cum spirituali voluptate. Nec etiam in eâ, qui jugiter ambulant, semper promovent; sed remotiores se nonnunquam post longum iter experiuntur: alij interim sedendo, quiescendoque appropinquant, &, quod mireris, nonnulli turbinum impetu velut inviti in salutis portum eijciuntur. Unde nondum repertus est quisquam, qui Itinerarium omnibus conveniens delineare fuerit ausus. Id aiunt fieri superbiæ dolo, quæ etiam sanctis & religiosis conatibus se insinuet, & deceptos viatores vanâ beatitudinis imagine deludat; revera autem multis milliaribus retroducat, nec priùs prodatur, quàm Christiano *nihilo*, unico oculorum collyrio, visus noster corrigatur. Econtrà quos pœnitentiæ sacræ nebulæ obtegunt, & à perniciosis objectis immunes ser-

vant ijs perfacile est, patiendo potius, quàm a
gendo; quiescendo, quam currendo; imitando
quàm legendo ad perfectæ libertatis portam ap
pellere.

48 WOLFIVS.

INter alios Regni Antichristiani turbatores, o
mnium gravissimè Joh. Wolfius JC. perduel
lionis accusatus est, quòd seditiosorum integr
exercitum conscripsisset, & quindecim turma
in Status perniciem eduxisset. Itaque pretiur
capiti eius vel vivo vel mortuo, tria millia coro
natorum impositum. Id amicos habuit solici
tos, quòd auro Romano omnia essent venali
Ille verò suaviter risit: Aliæ sunt, dicens, Anti
Christi minæ, alia opera. Dum iniquitatis My
sterium viguit, hi mei fortissimi milites parti
mussitabant, partim capitis periculo proloque
bantur: at detecta hodie Excommunicationi
larvâ, accisisque imposturæ viribus, exclamar
licet, quod cogitare olim non tutum; & asser
re, de quo dubitare haud integrum; tandem i
aggredi, quod optare minus fuit securum. Ita
que laudandos eos omni modo, & exercitand
censeo, qui seculorum suorum errores animad
vertunt, ut audacter Veritatem testentur; qua
si maximè ad tempus invisa & ingrata habetu
mitigatis temporibus & sublato Tyrannidis ju
go, liberam confessionis arcem, cum sin-
gulorum conferentium debito ho-
nore constituat.

49. XYSTUS.

Ystus, in quo Athletæ Christiani hac Mundi hyeme exercentur, varia colluctationum spectacula exhibet. Hîc enim congrediuntur religio cum Atheismo, regimen cum tyrannide, eruditio cum barbarie, integritas cum hypocrysi, ratio cum opinione, spiritus cum carne: dubiâ nonnunquam & variâ victoriâ. Ac his quidem diebus, castitas cum libidine, parsimonia cum prodigalitate, vigilantia cum socordiâ acriter concertarunt, visaque sunt vitia propemodum superiora, nisi supernus favor subinde noxas vires inspirasset. Ea quippe Dei in virtutes inclinatio est, ut validissimis etiam vitijs, & tam omnia deijcientibus haud rarò virtutes imbecilles opponat, quarum arcano & invisibili robore, invicta ad speciem monstra perdomentur. Ita tyrannos vicit patientia, hæreses simplicitas, gigantes humilitas, scilicet Leonem Gallus, Lupum canis, hircum ovis, equum asinus, ut discamus, terram quidem mali contra bonũ, cœlum verò boni contra malum fuisse, esse, ac perpetuum fore favorabile.

50. ZIZANIA.

AGer terræ nostræ maximis simul sumptibus & laboribus cultus, non respondit hoc anno expectationi. Nam Zizaniæ passim is fuit proventus, ut fruges prope omnes suffocarit. Ea verò non uniusmodi reperta est: sed pro cuiusq; se-

menti naturâ transformata. Nam qui opes seminabant, curas in agellis suis videbant; qui voluptates, dolores; qui famam, ludibrium; qui scientias, confusionem; qui favorem, labores; qui potentiam, metum; qui spes maximas, elusionem; qui tyrannidem, ruinam; qui hypocrisin, denudationem; qui imposturas, flagella: atque ita sexcentæ aliæ species vanitatis laboratores frustrabant. Paucissimi supererant, quibus hæc Metamorphosis felicior contigit. Qui enim Simplicitatem seminabant, sapientiam collegerunt; qui paupertatem, saturitatem; qui lacrimas, solatia; qui charitatem, retributionem; qui crucem, gloriam. Actum palàm innotuit his nostris agris nullum aliud semen, quàm Mundo spretum adversumq; competere.

META-

METAMORPHOSIS.

GRATIAS ago immortales DEO meo, qui me Hominem nasci voluit, & ab hominibus educari, & erudiri per homines. Nec enim icior ulla est *genitura*, quàm eorum, quos ementi propagatione benedictio Divina exci-, & fovendos omni tempore ob ictum cum s maioribus fœdus suscipit. Nec exactior *educatio*, quam quæ assiduis precibus & vir-tum exemplo fit, ac prudenti sedulitate adhi-tur. Nec perfectior est *institutio*, quàm quæ, itatis ferini impetus scopulis, veritatis ratio-, & bonitatis exercitio instillatur simul, ac im-imitur. Nam cùm ita plerunque terra ferat, infami traduce prodeamus, indulgēti perver-ate excrescamus, & pestilentissimis concepti-ibus imbuamur, indeque amissa humani vultus egantiâ, in varias bestiarum larvas transmi-emus, nihil æquè deplorandum nobis est, àm tot bonorum, cuius una facies humana pax est, neglectus atque jactura. Sic enim s ipsa clamat, & optimus quisque mortalium nsit, Deum non tantum à nobis negligi, qui liora pretiosissimis inepto judicio præfera-us; sed expelli, qui affectatâ temeritatis pro-ssione, quidquid hîc turbidum, miserum, la-

boriosúmque, nostris humeris imponamus: U
de nisi nos iterum Deus nobis violenter eripi
eséque ipsum, tot vanitatum loco, admirand
smedijs intrudat, pessimo & infelicissimo lo
inter perpetuos Mundi cruciatus relinqui.

Etsi verò Divina in me beneficia planè i
gentia fuêre, non tamen ita deleverunt irrati
nabilitatis omnem apud me sensum affectum
que; quin derelictâ humana origine, cura & di
ciplina ad inhumanitatis conversationem m
infausta curiositate contulerim, & labyrinth
commisti seminis minotaurorum intricarin
Scilicet in rebus humanis nihil adeò est arctè se
ptum custoditumque nihil tam firmiter persua
sum, quin domita carnis luxuries effringat, &
nescio cuius felicitatis imaginaria spe, præsenti
bona, ita dedignetur, ut, quę maximè optata ess
debebant, vilescant; quæ fugienda maximè
omni nisu & periculosis ausis appetantur.

Ita ego, repertâ alicubi rimâ, me perfectissi
mâ custodiâ eijcio, & stolidâ libertate, in terram
omnium inauspicatissimam excurro, *Thessali-
am*, quæ veneficijs & incantationibus infa
mis, vel hoc nomine placuerat, quòd displice
ret bonis. Sic enim nosmet paulatim perdimus
cùm primum vitamus bona consilia, postea odi
mus, denique oppugnamus, & adversa fronte
dissensum palam iactitamus. Thessalia certe
saluberrimis monitis mihi olim culpata, cum
spem

pem fecisset omnium transmutationum, non
mpliùs accusatorem apud me habuit, nisi hoc
ɔsô meum hostem. Jam meâ imaginatione
quila sublimis evehebar; nunc delphinus pro-
ūnda maris perscrutabar: nunc leo omnibus
estijs imperabam, nunc Salamandra in medio
gne deliciabar, & sexcentis alijs somnijs alio-
um superstitiosos carceres irridebam. At cùm
n servitutem & disciplinam incantatorum me
am dedissem, utut speciosæ promissiones non-
ihil sustinerent, longè alia tamen sors mea re-
erta est. Nec enim licebat, in quam ego vel-
em, formam transire: sed Magistrorum erat,
ecernere aliquam, in qua durissimos labores
erferrem. Nam qui se Mundo concredit,
landissimis licèt verbis invitatus, jam sui juris
osthàc non est: sed libertatem omnem atque
rbitrium vendidit. Interim quidquid impone-
etur, prima supremæ quondam felicitatis palæ-
tra dicebatur, paulò pòst cum longè splendi-
ioribus commutanda, considerem directori-
us meis, quorum favor nihil in sublime, & su-
ra reliquorum conditionem polliceretur.

Prima igitur facies, sive veriùs larva, quæ mi-
i imponebatur *Simiæ* erat, ridiculæ bestiæ, sub
ua cogebar, quidquid obiectum videbatur aut
ræscriptum, imitandum, credendum, sciendũ,
gendum erat alieno exẽplo, nec turpis ulla ge-
ticulatio, aut salt⁹ periculosus absq; mea repræ-
entatione prçteribat. Jubebar çmulari, quidquid
ab cœlo sç movebat, quod minus dextrè à me

 expres-

expreſſum plagas inevitábiles minabatur. Nec ullum fatigationis, & tentaminum appareba praemium, quàm ficta adulatio, qua Natura Æmulum me ineptiſſimus quiſque ementiebatur. Et perſuaſeram equidem mihi habere artus ad omnes motiones, agiles, credideramq́ue vel univerſi huius machinam exprimere poſſe, cùm me identidem manuum induſtria, capitisq́ue ſagacitas deſtituit. Heu mihi cùm apud me repeto ingentis Bibliothecæ poſſeſſionem, quam ego inſano labore verſabam, abſque nullius literulæ intellectu, & literas ipſe depingebam, quas ne mente quidem poteram exprimere! Ita omnibus ſpectatoribus voluptati, mihi oneri ipſe eram, nec niſi aliorum irriſu ſpectabilis; tædebat jam dudum moleſtæ conditionis; at, quia vox humana aberat, non licebat, niſi cum dentium ſtridore & amariſſimâ indignatione, vultum priorem repetere, cuius loco mox duriſſima verbera ſequebantur, uſque dum illis meis tortoribus viſum, mutare, non auferre miſeriam. Nàm dum mihi vel in hominem reditus, vel nobilioris alicuius animalis liberras ſpem facit, ego, ô ſcelus! in lutulentiſſimum *Porcum* tranſmigro, nullius equidem vel tolerabilis conditionis capacem. Hîc turpiſſimâ voluptate unicè occupabar, ventris, inguinisq́ue mancipium, & fœditatum omnium receptaculum Quidquid orbis inſani habet, in voluptatis ſentinâ confluit, nec ullus tam eſt gravis fœtor, quem voluptuarius non redoleat. Haurire,

vora-

orare, ſtertere, exonerari, furere inter flores
int, præ aliis inquinamentis, quæ caput & inte-
rum corpus opplent. O vos beatos, quicunque
nilli nihil eſtis experti, & illibatum candorem
ervaſtis! O ter beatos, quibus macula nulla
uius luti eſt aſperſa! Nam ea eſt fœtoris perti-
acia, ut intimam conſcientiam penetret, &
erpetuâ purulentiâ, graveolentiaque hoſpitis
ui nares feriat. Væ mihi! qui incantatoribus
neis credidi, quibus reſiſtere poſt primum pa-
tum jam integrum non fuit; quorum carmini-
us abreptus niſi grunnire & ſaginari non de-
uit; quos increpare & deteſtari per roſtrum
on licuit. Ita alia vitæ pars inter fimeta perdi-
a, cùm jam præter mortem nihil appeterē, ipſe-
ue mihi inviſus quam maximè eſſem, haud
ertè veneficorum commiſeratione, ſed varia-
ionis libidine ſetas exuere, ac *Lupum* paulò li-
eralius animal, induere juſſus ſum. Quæritis,
uod tum mihi exercitium fuerit? rapere. Nam
upina hæc forma hoc unicè exigebat, ut terre-
is inhiarem, alienis inſidiarer, prædas agerem,
& inutili rerum copia antrum meum adimple-
em. Nec ea res vel labore caruit, vel periculo.
Nam & difficilis eſt terra deprædatoribus ſuis,
& haud rarò ſe opponit, ut vita ipſa ſit pericli-
anda. Quot divagationes, vigilias, inſidias, ea
mihi impoſuerit & canum perſecutiones, inuti-
e eſt referre; id tantùm fateri libeat, omnia in-
ra ſpem & imaginationē accidiſſe. Qui enim e-
quum integrum animo devoraveram, vix ca-

pellam impetrabam; & qui penarium adimpl[e]re satageram, vix in unum alterúmve diem famem expugnabam. Usque adeò nihil est, quod sudoribus, concupiscentijsque nostris respondeat, quàm primum cum ijs negotiamur, quorum ars una est atque certa decipere. Quot vanæ lactationes, tot turpes elusiones: quot blandæ oblationes, tot acerbæ reiectiones: quot largæ promissiones, tot sordida salaria: neque tamen hanc inanitatum vicissitudinem, ullum tempus, morave terminat. Interim contra fas, æquumque multa fiunt, & de corio imbecilliori luditur; quò etiam quisque est ferocior, eò conscientiæ vis maior fit, & conculcatio. Nisi enim iniquè agas, & virtutum obliviscaris, haud unquam prædas ages; cuius tanta est necessitas, ut DEI, naturæque reverentiâ facilè excidat, quàm primum accumulandis rebus nostris animum appellimus: ac tum lupo non sunt tot dentes, quot avaro instrumenta rapinæ; mendacia scilicet, doli, simulationes, adulationes, servitia, & sexcenta alia, quæ vel enumerare molestum fiet. Inter illas meas ululationes & lanienas, alia ætas deperditur, nec ea est animi mei voluptas, quam appetieram. Præterquam enim, quòd offensorum vindiciæ extimescendæ perpetuum erant, id sanè, quod adquirebatur, tanti non erat, nec eius saporis, qui ante maleficium linguam nostram imaginaria voluptate perfundebat. Qui credimus, huius vel alterius rei possessione beatos nos fore, cùm impetravimus, ringimur, ut

antè;

ntè; nec minùs tamen ad novam ſpem, conatumque accingimur. Liberatus tamen ſum vel tandem, ab hac inſatiabili moleſtia, ſiquidem liberari eſt, in *Aſinum* tranſmutari. Hæc mea quarta forma impoſtorum meorum malignitate: vah quam honorifica, quam jucunditatis plena! Sic tamen datur, quiſquis ob humanam converſationem nauſeat. Sapite meo exemplo, quicunque temeraria curioſitate titillamini. Præſtat enim, Mundum nunquã vidiſſe, quam cum tanto dedecore. De me ſic habete. Caput tot rerum confuſione hebetatum fuit, lingua ex multiplici guſtu inſipiens, vox ingrato ruditu rauca, tergum verberibus occaluit, pedes laboribus tremuêre, corpus univerſum ſtupuit. O Munde nequam, quàm durus es ſervis tuis, quos olim blandè invitaſti, foviſti, atque amplexus es, eos poſt diros ſervitij annos cogis, conculcas, abijcis! Credendum eſt, ferendum, laborandum, habendum, delirandum tuo planè nutu & imperio, & tolerandi, quoſcunque aſinis tuis ſtimulatores decreveris. Pungit iniquus herus, impius ſacrificulus, injuſtus legirupa, ineptus literator, inhumanus cerdo, importuna mulier; nec recalcitrare licet nisi præſentiſſimis flagellis. Hæccine eſt voluptuaria mea libertas, quam in Theſſalia quæſivi, ob quam divini hortuli ſeptum effregi? hæc illa ætheris magnique Oceani pervagatio, & Naturæ univerſæ perſcrutatio, quam neſcio

quod

quod vanitatis somnium persuaserat? Sed benè habet, posteaquam id satis exploratum, nihil tam esse immane, quod à Mundo non sit expectandum. Me sanè sub asini formá hæresibus, exactionibus, opinionibus, tentaminibus, alijsque vitæ sarcinis adeò oneravit, exercuitque, ut recordatione eorum exhorrescam, & in tuto etiam flagra metuam. Hoc quippe nobis illa Mundi familia relinquit, ut licèt restituti à DEO, vibices tamen & callos retineamus, tum palleamus, trepidemus, ac veluti insomnijs veteris jugi terrefiamus. Ego, tantum abest, asinum quondam meum dissimulem, ut Arcadiam jam prope patriam meam agnoscam. Unde tot mihi quotidie nascuntur conterranei, una hac distinctione dispescendi, quòd alij homines, se asinos agnoscunt, tolerabiles utique; alij asini, se homines jactitant, omnium bestiarum maximè intractabiles. Sed ut ad me redeam, cuius errores, multorum directioni servire velim, non habeo, quod dicam, Simiam, an Suem, an Lupum, vel denique Asinum esse præstet: usque adeò inauspicata sunt omnia, quæ, loco Christianæ libertatis, coëmuntur. Nam & sciendi est insignis vanitas, & luxuriandi infamis turpitudo, & habendi miserum desiderium, & ferendi durum jugum; quæ tamen permultos ita detinent, ut suaviter sibi vivere videantur. Cæterùm cùm me DEUS liberatum vellet, submi-

Simplicium, hominem unâ rerum omnium ...iectione; sive renunciatione opulentissi- ...um. Is abductum me, sive verius ereptum, ...ansmutandi miro & aliquando prolixius ex- ...licando modo, non ausim dicere, qualem me fecerit; sperarim tamen, homini propiorem. ...am si hominis est, Divino potius verbo, ...uàm literariâ loquacitate, nugisque tàm ab- ...onis, & contrarijs delectari; si regni cœle- ...tis peritiâ, quàm orbis huius actionibus eru- ...itum esse præstat: Si hominis est, in Deo po- ...iùs, quàm ullis carnis nostræ desiderijs deli- ...ari, & gustare æternitatis fructus, quam tem- ...oris huius tribulos præstat: Si hominis est, ...bundare thesauris divinis potiùs, quàm Mun- ...um universum possidere; & cum Christo ege- ...e, quàm sub Mammone saginari præstat: Si ...ominis est, jugum Christi potiùs suscipere, ...uàm tyrannide Antichristi mancipari; & mer- ...edem Christi, quàm ingratitudinem Mundi ...xperiri præstat: certè quicunque ad hanc ...iam, vitæque verioris semitam redeunt, hoc ...pso humanitatem contestantur; cuius si mi- ...ora sunt & pauciora, quàm decebat, experi- ...nenta, nos hominis nobilitatem inde dimeti- ...ur, cuius ea est etiamnum excellentia, ut ...xigua humanitatis dosis supra bestia- ...um, brutorúmve sortem, possessorem su- ...m extollat. Nam ut Tiberij Cæsaris ævo

summæ

summæ pietatis fuit, impium non esse: ita hc barbaro seculo, quò quisque à pecudum natu remotior, eò convenientius inter homines nu meratur.

Cæterùm quod uni paucisvè efferum ingen um subegit, & rationabiliori vitæ reddidit, i Christiano debito quàmplurimis servire, & in consideratis juventutis appetitibus succurre decet. Nempe ut qui maris tempestates, & in finita alia incommoda est expertus, libenter na vigaturientium pruriginem cohercet; ita qu literas fluctuantes, voluptates impetuosas, ope furentes, & functiones Mundi violentas sat diuturna molestia pertractavit, nihil in ore fre quentius, quàm *procul hinc, ah procul omne inexperti!* habet, & aurea illa imaginationu stamina dissecat. Id quod, si pari felicitate exci peretur, qua inculcatur, dubium non est, plu veri, minus ficti; plus solidi, minus vacui; plu firmi, minus nutantis; plus certi, minus dubij inter humanas meditationes, actionesque re pertum iri.

Itaque inter alios rerum nostrarum inclama tores, pios juxtà ac disertos, & ego quoque om nium extremus ausus sum progredi; sed, quod delicatæ hujus ætatis aures veram libertatem liberamque veritatem minùs benignè ferunt, e forma, quæ omnibus, vel iniquissimis, possit esse

tole

lerabilis. Nam si molestum est, seria ferre, hîc
berales joci sunt: si singulares personæ expro-
ationes non ferunt, hîc mera, ut vocant, ab-
acta sunt; si vivis non licet obloqui, mortui
ic certè non irascentur; si prolixa objurgatio
edium adfert, hîc momentaneo transitu icon-
ulæ virtutum, vitiorumque prætereunt. De-
ique, nisi manifestè lividus, non audebit tan-
am rerum varietatem, & tot æquas multorum
busuum accusationes, uno præiudicio omnes,
ondemnare. Si aliqua placeant, liceat aliqua
isplicere: si placeant multa, pauca dolerentur:
multa displiceant, aliqua pauca habeantur pro
nnoxijs. Quid enim in hominum turba aliud
ppetimus, quàm è diversis ingenijs & à nobis
tiam aversis voluptatem capere? nostrum ve-
ò ex omnibus, quæ videntur nobis convenire,
ormare, ut homo in Mũdo versatus, sit velut ex
multis hominib. unus cõpositus? Unde spes mihi
aud dubia animum insedit, siquidem pro or-
is uniuersi quantulacunque imagine, non ve-
ò singularis alicuius agelli pictura hæc mea ad-
mittatur nihil fore amplius, quod scrupulosa in-
genia exercere, ambitiosa irritare, impatientia
atigare, literata provocare possit. Nam ut
omnes prope ordines suam habent apud De-
um laudem, ac custodiam, suum inter ho-
mines usum atq; decus; ita omnes nescio qua
carie infestantur, quam medicare vel detergere,

nemini

nemini vitio eſt vertendum. Sunt tam caperati aliqui, neſcio an conſcientiæ mo ſibus inquieti, an invidiæ ſtimulis agit ti, qui omne genus libertatis in univerſu damnant, & arreptâ hinc inde voculâ ſu livore & odio interpretatâ, potentioru aures circumſonant, horumque viribus ve ritati innocentiſſimæ vincula injiciunt. Eg certè ut bonorum obſervantiam ex anim teſtor; ut malorum tolerantiam profiteor neque unquam mihi in hominem ullum ju dicium ſumo; ſed quòd res litera ria ingenuos luſus admittit & orbi terrarum plenus eſt ijs rebus, quæ vel rider honeſtè, vel improbari jure poſſunt; ita mi hi ad paucas admodum pagellas indulſi, u præ reliquis meum illud internum tot aberra tionum receptaculum exprimerem; dein palliatos aliquos ſive involutos explicarem, ſimul & multarum perſuaſionum inanitates retegerem; denique omni conatu ſimplicio rum animos à rerum vaniſſimarum curioſo appetitu, atque imperitâ admiratione præ munirem. Id ſi apud nonnullos verioris in genij & nobilioris animi Candidatos impe travero, gratias equidem agam DEO, cuius manu per orbis huius ambages circumdu ctus, ac ad priſtinæ cuſtodiæ clauſtra redu ctus ſum, minimè dubius parentum Chri-

ſtianam


stianam propagationem, devotam disciplinam, & optimorum quorumque conversationem, multis erronibus vel serò profuturam. Nec enim intereunt piæ vel preces vel lacrimæ: quibus si ad tempus nos indignos reddimus, non desunt utique huic Mundo flagella, quibus nos imprudentes & lascivientes procos excipiat, ac repetere patrios lares jubeat. O saluberrimam Mundi impietatem, si nos planè à se alienos reddat! ô felicem ingratitudinem, si nos fideliorem Dominum quærere cogat! O utinam hîc quàm creberrimè vapulemus, ut exosus redderetur, quem pessimo nostro damno deperimus, Mundus! Sed ut amor amaritudine suâ stolidos amantes minimè arcet; ita Mundus immunditie suâ minùs multos Cosmophilos fugat, ut, nisi maiori ac insigni quadam iniuriâ, haud facilè divellantur. Cuius rei unus ac optimus artifex DEUS est, qui id mundo velut imperat, ut, quibus ille benè vult, hic varijs indignitatibus à se abalienet. Ita iterum satis lusum esto, ac hoc unicum additum, nos risus nequaquam immodicè appetentes esse, ne dum calamitatibus mortalium insultare: cum ridere sit cuiusvis sannionis; medicare hominum ulcera, non nisi eius, cui DEUS Sapientiæ & prudentiæ suæ pharmacopolium aperuit, ut,

quo tempore noſtri ille vult miſereri, prodeat
qui rebus judicandis, corrigendis-
queſunt ſufficientiſ-
ſimi.


MYTHO

MYTHOLOGIAE CHRISTI-ANAE.

LIBER TERTIUS.



ARGENTORATI,
Sumptibus Hæred. LAZARI ZETZNERI
M. DC. XIX.



Clariſsimo & Conſultiſ-ſimo Viro

DN. CHRISTOPHORO Beſoldo &c.

Patrono & Compatri ſuo ſuſpiciendo

S. P. C.



Vm multis pauca, paucis multa debeam, Clariſſime & excellentiſſime vir, omnia tibi ebeo. Nam quæ in me, & pro me tot nnis feceris, jam vel invidia ebuccinat. quidem fateor, apud me nec numerum eneficiorum tuorum eſſe, nec menſuam, nec ſatis dignam æſtimationem. Nunc novum aliquod exigo, ut his luicris meis præſideas, quod à moroſis & ifficilibus nunquam impetravero. Non otui autem à te abſtinere, cùm, ſi ſanè liquem infinitâ eruditione parem; facitate tamen & candore vix ullum ſimi-

lem habeas. Hinc pudebit neſcio quos cholericos iraſci, ſi videant in præclarâ juris divini & humani ſcientiá poſſe etiam habitare humanitaté, & indulgentiam. Sin etiam tibi ſuccenſere audeant qui meas ineptias feras, Lugebo ſortem meã, qui invidis ſim inviſus, & amiciſſimis moleſtus: quin potius illam tuam raram tranquillitatem, ſi potero, imitabor, qua ad univerſum Mundum ſurdus & mutus, Deum unum audis, eiq́; loqueris. Vale Patrone optime, & Patriam tuam tot bonorum applauſu ornare perge. Chriſtus nobiſcum. 1. Ian. 1619.

T.

officioſiſſimus

IOHAN. VALENTINUS Andreæ.

LE-

LECTOR, TERTIUM SALVE, ET BENIGNE assiDE.



Onstat sanè, nos omnes, quotquot hanc infelicem terram incolimus, duro premi jugo, & servire servitutem turpissimam: sed quo vultu, quive humeris onus quisq; suum suscipiamus, non convenit. Nam cùm alij perpetuo luctu, profundissimisq; suspirijs ætatem trahant, sibi & alijs graves, alij ex adverso non tam terram, quam cœlum ipsum negligere videntur, & supplicia sua ridere. Vtrumq; meâ opinione, nō sine vitio: quippe quum nec omnia huius vitæ nostræ intolerabilia sint, ut querelæ illorum accusant: nec abijcienda cuncta, quod horum risus persuadere nititur. Quod enim Deus Opt. Max. præsentiam suam nobis exercitiis, & terrenæ societati pollicetur, eamq; evidentissimis testimonijs exhibet, id quin ratio nobis esse, & adsertam conversationem facere debeat, ecquis dubitet? sunt autem præter jam dictos duos ordines alij, qui ut propitiam habeant hanc terram, sive servitium facilius, omnibus se ... us insinuant, ad nutum eorum, quibus humanarum rerum habenæ in manibus sunt, quoquo ... untur: quibus iterum alij contra eunt, haud ... dem impetui obnitentes, sed malorum torrentem declinantes, & velut in Epidemicis morbis contagionem evitantes. De quibus quid fiat, si exempla intueamur, id memoriæ proditum est, hominem tam multiformis & versipellis vitæ

esse, quem non humana lubricitas interdum p-
sternat, nec quenquam tam subterfugere & e-
tare mundum, quin repertus aliquid injuriar-
patiatur. Ac illos quidem Deus illaqueare gest-
cùm conscientia identidem vim facere, dum -
niculos agant, non dubitant hos terra amaritu-
nem experiri vult, ne vacasse hic & otiatos e-
unquam audiant. Non ignota loquor. Nam cu-
à mea prope pueritiâ mirarer, quî nullus err-
tam enormis absurdusq; esset, quem non nume-
sa omnium vita ordinum sequela comitaret-
quemq; pigmenta, fuci, ceremonia & consimi-
gesticulationes non simplicioribus propinare-
non potui tamen credere, seriò id ab iis a-
quorum dotes æstimare debebam, & de pro-
tate optima quæq; sperare. Itaque invitos ha-
fabulam agere credidi, & tot vultus sume-
ut quoquo modo impotens & importunum vulg-
pacatum placidumq; teneant: Vsq; dum ani-
adverti, Deum haud rarò histrionibus hisce l-
vam detrahere, ac ejulantes vel certè furen-
risui bonorum exponere. Itaque ad diverticu-
& secessus conversus cùm serenam tranquilli-
tem & liberale otium expectarem, quos non tu-
bines, quos vertices non sum, Deus bone, perpessi-
Vt enim omnia cætera omittam, una Calumn-
bestia ferocissima simul & virulentissima, cu-
multiplicibus me morsibus invasisset, haud pa-
cos equidem annos exercuit. Quid enim, ô De-
calumnia ausus est, quid facere non volu-
nempe hæreticum sine articulo, Chymicum s-
furno, decoctorem sine ære, curiosum sine cu-

fratr-

atrem sine societate, magistrum sine discipu-
, vatem sine oraculis, denique nihil absonum
& infame terras nostras vexavit, cuius non
arte aliqua, impetierit? Interim amici rise-
nt, an doluerint, incertum: certè non suc-
urrerunt, sed latratu territi, ad sua abierunt.
a Calumnia Ecclesiâ arcuit, Republica ex-
lusit, literis interdixit, quippe tot figmento-
um reo, & cuivis fabulæ obnoxio. Vna ta-
men præ reliquis culpa maxima fuit, haud qui-
em culpasse imposturas humanas, sed non lau-
asse. Testes apud me supersunt exprobrationes,
xpostulationes, sarcasmi, sed quos oblivionis li-
uore identidem conspergo. Nam ut ipsam Ca-
umniam, nescio quo stupore meo, semper neglexi:
ta catellos eius floccifeci, nisi quod unum do-
uit, pauciores esse bonos (nisi fallor) quàm puta-
am. Sic enim speraveram, rerum absurditatem
emini persuaderi posse barbato & togato: sed er-
orem agnosco & revoco. Nihil tam ineptum est,
uod non multis imponatur: nihil tam monstro-
um, quod non sectatores maximæ famæ reperiat.
Ne me tamen hîc inutili Philosophiâ detineam,
oc ingenuè fateor, me plurimum calumniæ de-
ere. Nam ex credulo diffidentem fecit, ex ad-
miratore rerum humanarum negligentem. Cre-
dere amicis & admirari humana, insaniæ proxi-
mum est: cùm maximè ijs opus habes, deserunt,
nec ratio, vel veritas tuetur: omnia invisa sunt,
si indigeas. Inde hoc bonorum summum, ut
ab hominibus desertus, ad Deum redeas, &
terris proscriptus, ad cœlum properes. Hæc illa

artium ars est, quam nemo discit, nisi dedisca illas omnes, quibus hominum favor paratur. Hæc illa soliditas est, quæ Calumniam fatigat & hebetat, ut, cùm vehementissimè maledicat, benedicere nobis credatur. Nam quia jam displicere & culpari gestimus, gloriosum est, quoties aliquid in nobis Mundo dissimile calumnia reperit. Obriguimus scilicet, & injurias malorum inter trophæa nostra numeramus. Perge, perge, quisquis es, & ingenium exerce, ut, non dicam patientiâ, sed negligentiâ augescamus. Nō dolet, nisi quod teipsum pertimis, & manes innocentiæ ultrices in te concitas. Cæterùm ut de Mundo *aliquid differamus, cuius carceres, dum carnis sarcina est, ferimus, nemo, opinor, negaverit, & fuisse semper dura tempora, & nunc esse durißimū, nempe sic omnes conclamamus,* Tempus malum est: *prudens tacebit. Nam quis non videt Religionis teporem, Reipublicæ gelu, literarum frigus, & vulgi nives videt inquam, & obticescit? Improbare enim aliquid est cœlū terrâ miscere, vel, quod credibilius, irritare crabrones. Nulla fuit ætas impatientior. Hinc est, quòd aliorum libertatem & dicacitatem non æmulor: sed fabulis potiùs & figmētis tenellas auriculas circumsono. Non est genus aliquod dicēdi lenius, quā abstractis imaginibus cōcretos mores notare. Sunt tamen, qui omninò tacere consulunt, quib. si vocem porrò auferas, nihil differunt à statuis. Laudare bona, & improbare mala qui nobis eripit, Solem & Lunā terris subdunt. At cujus vis nō est? Concesserim: sed ejus, qui veritati sacra, qui bono publico, qui juvētutis eruditioni &*

com-

modis proximi juravit, quiq; inter mille Baali-
as, Machiavellistas, Sophistas, & impostores cor &
nguam nunqua iniquitati obligavit. Quod si tu
epidas non item alius? Quod si tu mussitas, non
em alius? nec quia tu consentis, jam omnes obse-
uiū debent? Vis ne calitus vocari, ut piè credas,
tegrè vivas, vera dicas? hac dudum vocatio pe-
ori tuo inscripta est, quā Væ tibi! si dissimulas, si
ano metu subterfugis. Idem mecū sentis sed idem
roloqui non audes. Anne ut Deum non offendas?
um potius ne homines lædas, quorū offa vitâ tibi
harior est? Idem conquereris: sed in aurem: anne
uò minùs Deus audiat? quin imò ne, qui terreni
ibi Dÿ sunt, parum velitationibus tuis aspirent?
Dicam ego, quod res est: optimè mecum actum est.
Quacunq; vita tolerabilis est, ea beata mihi credi-
ur: quicquid contra geniū meū fuit, id imputatū
st, ut discerem nihil facilius esse, quàm divina-
iones & suspectas lectiones negligere. Nunquam
n mentem venit, quod illi accusant, ut jam post-
hac crederem, maximos clamores ob gallinæ lac
excitari posse. Aliena peccata lui, ut erudirer, ho-
mines sua verba, sua axiomata nec credere, nec in
aliis ferre, sed per cōsuetudinem effutire. Vno ver-
bo omnia absolvam: Optimus præceptor Calumnia
est: si id notes, facienda, quæ carpit, quæ laudat, fu-
giēda. Ad fabulas verò tandem revertamur, quas
quia tertium propino, conjuro te, lector magnani-
me, per candorem tuū, ut innocenti festivitati ali-
quid indulgeas. Imitare maximos Viros, qui iocos
innocuos, imò et mordaces, tulere: imitare hos ipsos
quos vides sine omni sua indignatione in arenam

nostram protractos. Habet enim hoc ingenuita proprium, ut parum excandescat: qui animo pu-silli sunt, semper bile agitantur. Non ita diu es cum iræ pœnituit & puduit, qui paulò pòst synco-pen perpetiebantur. Homines sumus, nec nati a averruncanda omnia mala, nec supra omne dicte-rium. Id potius cogita, quemvis alium, quàm t tangi, quantumvis, qui tibi proximus & simili-mus, notatus sit. Nec enim tanti sunt hæ nugæ, u tu illis vir tantus movearis, nisi ex te famam & pretium inopinatum ludicris adferas. Sine, i se recipiat juventus, quæ nihil ex te didicit: ve Pater, cui filij eruditio magni constitit: vel liti-giosus, cui judices non ex voto responderunt, ve quisquis alius, qui inter sacra verba & prophan opera non benè distinguit. Excusatus mihi esto nisi teipsum accuses, nec te alius condemnet, nis tute. Reliquum vulgus oculis apertis non videat nec audiat auribus vacuis. Id tantùm ne agamus ut superbiamus in mendacitate nostra, aut tripu-diemus inter pietatis & virtutum funera. Lin-guæ absunt, & loquimur: artibus caremus, & of-ficinas aperimus: justitia delinquit, & judica-mur: devotio infra omnes religiones languet, & supra antiquitatis solicitudinem se jactitat: Chri-stus nempe ubiq; promittitur, vix ullibi apparet imò vix caput protendens à Christianis conculca-tur. Non puto, nos hæc nescire: ita enim cum infi-nitis alijs ex Præceptorib. meis didici: sed an emen-dari quicquam possimus, id est, de quo video am-bigi. Mihi persuasum est, sed cum nullius injuriâ posse. Quid enim prohibet, Lutherum sequi, cùm

ill

ille Cnipperdolingum ad unguem repræsentet? aut quid vetat, Iosephum Arimathæum imitari, cùm Papinianus ex gentilibus integritatem invictam servarit? Sed hæc nimis seria. Quid impedit, juventutem nostram & linguarum peritiâ & artium notitiâ imbui, cùm sumptuum nihil sit apud nos minus ac fastidij, quàm alibi, temporis omnino amplius? Enimvero ita est: nolumus mutari, ne quid durius dicam, & diuturnâ putrefactione nosmet absumimus, generosiores etiam spiritus retundimus. Exinde, ne quid peccatum videatur, multis ambagibus res exaggerandæ sunt, ut gaudeamus rei tam abstrusæ minutulum quid scire, quam quilibet alius juraret titivilitio non emendam. Appello vos testes, quotquot doletis, post tot annorum fustigationes nunc cœlum intueri, ut boves, & terras premere, ut tauros, & res humanas nosse, ut vaccas: deniq; omnia liberalia dijudicare, ut vitulos: cùm tamen Archimedem, Aristotelem, Solonem, Plinium, & nescio quæ terrena numina haud frugali sacrificio coleretis. At in promptu excusatio est: Nihil in rebus perfectum. Certè, nobis verò liceat per vos vel imperfecta scire, nec in secula detineri facilium & quotidianarum Commentariis. Non capitis breviaria, inquitis? Itane, quid si clam vobis, quin potiùs invidentibus aliqui emergant, qui vix sibi credunt potuisse ineptijs territari? Apparet, quæ vobis serviũt, ingenia liberaliora vel nimiis elogijs inebriari, vel coarctari nimiis odiis. Fugitiva salva sunt: sed & illa, quæ ad librorum exactiorũ dilucula crapulam edormiunt. Relinquamus ta-

men illis sua juscula & sorbitiunculas: Ignoremus quoniam illiteratis cælum non clauditur: Id conqueramur, quod nimia peccandi cõsuetudine, jam vitium videtur non peccare. Repertum enim est, quo nos excusemus, Adami culpa: hunc quisquis non accusat desipit. Nempe maxima libertas, aliena noxâ libidinari. Si leges urgeas saltem Evangelicas, si Adamo etiam crucem mineris, jam turbasti beatam dissolutionis nostræ licentiam. Si exemplum etiam aliorũ, qui nõ bene, sani sobriè vivunt opponas, jam te transfugã prodidisti. Scilicet ut qui Papam deprædantur, non corrigunt, satis sibi Christiani videntur, ita qui Deo fidere dicunt, sed eundem subterfugiunt. Religionem irreligiosè tractare, non Pontificium tantùm est, sed & nostrum, & leges exleges habere, cum Barbaris, nostris cõmune est. De literis quid opus est aliquid addere, ignorantiã professis? Et hæc cuncta velut necessitate maxima, ac nemini emẽdanda ferimus, succensentes puta nostris è tenui filo tenacissimis vinculis. Sic ergo optimi quiq; sentiunt, fatali nos lethargo teneri, ut nisi venenata mella nihil admittamus, amara pharmaca omni impetu respuamus. Deus est, Deus, qui religionis, pacis, tranquillitatis, ingenij & virium munera irreverenter habita ad se revocat, & umbrarum ludibriis nos flagellat, somnijs rerũ & felicitatis simulacris ridet: quæ quisquis non liquido animadvertit, stupet. Vt autẽ qui sua prodigunt ad cytharas & Musicum melos, tristissimæ paupertati nubunt: ita qui Cœli donaria eijciunt, plerumq; hominum sunt festivissimi: tripudiandum prius est, ut paulo post ejulemus:

nus: & castigandi monitores importuni, ut jactare possimus decreto infelicitate occurrisse. Quid verò agat vir bonus, ubi bono esse non licet, si fortè quæras, paucis respondeo. Si animi satis habet veritatem profiteatur: si minus, suâ libertatē ne prodat. Illud certè paucorum hominū est, nec nisi Deo armatorum & consolidatorū, qui præsentibus succurrunt, famā posteritati, præmium cælo committunt. Fuere tales, sed plerunq; infelicissimi: Vnus propè Lutherus completi miraculi est, qui invictus triumphavit. Sed ut libertatē tuam serves, nec seculi morib. vel vitÿs abripiaris, id cū multis aliÿs facilè præstabis. Nemo te, opinor, coget Ecclesiam mercari, tribunalia corrumpere, Literas nundinari: si negligaris, tuus esto. Sine, aliÿ faciant: sine multi faciant: sine sic jam tempus velle, ac conscientiæ tuæ cohabita. Si satis est, exemplum sequi, nemo unquam in Deum peccavit: sed constat rebus corruptis, uti revera nunc est, paucissimos Deo placere. Piè, justè, sobriè, liberaliter, patienter vivito: quod multi equidem ridebunt, nemo, nisi fallor, prohibebit: Aut si omnino fiat, itane terra angusta est, ut nuspiam liceat in Deo acquiescere? Hoc illud est, quod multis velim persuasum, & quo per tot ambages penetro, ut relictâ turbâ, quæ converti divinâ indignatione non potest, nullam turpiter agendi necessitatem confingant, aut Deum deserendi. Nam quæ nos maximè terrent, fallacia sunt, quasi invito Deo nobis vel prodesse vel nocere etiam Mundus possit, qui cum omnia se vicisse credit, terrâ liberatos nos

Cælo reddit: quem si æstimamus, parum est, quic quid ille neget, cum nemini gratis benefaciat. Neque verò sic Deus immitis est, ut suis in terra semper malefaciat. Absit, credamus, omnes sceler hìc emergere. Est, cùm pietati, cùm integritati honos stat suus. Est, cùm veritas triumphat. Sed nec sine sociis es. Multos crede anhelare: multo crede plurima desiderare. Intra conclavia sunt qui cor suum effundunt, quibus conversari, nesci quæ sit dulcedo. Illi liberas voces amant, &, u plurimum perficiant, seriò precantur. Tuum est, ut cum Deo aliquid tentes, quod animæ salu ti, corporis libertati consulat, bonis placeat. A hìc ingens moles sese interponit, quòd non malis sed rebus optimis adversari diceris. Sordere tibi inquient, purißimam religionem, displicere politiam, utramq; perfectißimam: elegantißimas literas inculpare. Quis non dubitet hìc? non trepidet? Sed bono animo esto, nihil perimunt. V monetarum hodie pretium crescit, pondus & bonitas deficit, Imago eadem est, ac plerunq; elegantior: Ita nos priscam devotionem, antiquos mores, artium excellentiam crepamus, quæ apud no cuprea sunt, tituli non desunt & inscriptionum pompa: at nec libellam, nec catinum ferunt. Quid si id constanter negent? Eho, an tu credis sub Achabo Baalitas imposturam suam fassos, cùm ad sanguinem usque se laniassent, nisi cælicus igni convicisset? Aut Pharisæos Christi accusatione admisisse, nisi Vespasianus obstinatos ad morten usq; confregisset? Aut Pontificios Luthero cessisse cùm is scelera illorum increparet? Speciosa re

impo


*npostura est, nec unquam deterior, quàm cùm bo-
um se simulat; nemini tamen citiùs, quàm sim-
icissimo cuique detegenda. Verum bonumq́;
m est planum & patulum, ut impostores lucis
deat. Tenebris opus est & vmbraculis, ubi
parum ludibria exhibeant: Si velum subtra-
is, sordet gesticulatio. Hoc certum tibi esto, non
edere illos, quod tibi persuasum volunt; non fa-
re, quod tibi imponunt, non scire, quod iactitant:
d ventrem plerosque in adytis suis adorare, fores
rucis imagine pingere. Ingredere & arcana sa-
ra contemplare, redibis, scio, & obstupescens, &
umanis erroribus iratus. Hac fusius, nescio quo-
nodo abreptus, sed ut fiduciam tibi faciam, beni-
nissime Lector, nullam hîc haresin, perduellionē
el barbariem reformidandi. Liberales ioci sunt,
quavis materia petiti, ut videas, omnia nostra
osse cum delectatione proponi. Neminem, quod
go sciam, tetigi, nisi cùm de humanis agitur, res
ostra agitur: Tu si scis aliter, noli id in fraudem
neam scire. Stylus Rhetorica nihil debet, ne opus
abeas Criticorum face: omnia infra divinatio-
em tuam sunt. Nam dum alij colus tornant, aut
rgillos fabricantur, aut muscipulas inveniunt,
alia excidunt, ne quid metuas serijs contempla-
ionibus. Non aleas tibi invideo, non latruncu-
os homini speculationibus fatigato: da mihi, ut
er te meipsum rideam. Debeo id Calumnia, gra-
iam certè debeo, ut, qua nihil iniuriarum contra
me omisit, profecisse me sub sedulo exercitio vide-
t; quoniam ei displicio, incipiam mihi non place-
re, & planè quam sim illius laudatis dissimilis,*

apparere. Vide ant, qui me prophanũ dicunt, qu Cælici sapiant; & qui arcana status mihi inuid quam Deo tecti sint; & qui in ignorantiæ insul deportarunt, quid supra mortalitatem glorientu Respondeant posteritati, quæ non erit tam obe naris, ut, quid mali, quo tempore, quibus admin stris inualuerit, non odoretur. Imprudens Hist ria est, quæ nec Regibus, nedum impostoribus, pa cet. Optimè meriti, cùm semel impegerunt, pr duntur: tu uitæ totius inquinamenta pro mosc uenditabis? Ut omnia uisus impetres, Mors pud faciet, cùm ad DEI reuerentiam, & proxim Charitatem, & ignorantiæ multiplicis confessi nem erit accurrendum, cùm deserent omnia qu bus te hîc credidisti: cùm trepidabis, ne idem ti experiantur, quod in alios commisisti; cùm illa ri dicula & stulta simplicitas amica, contubernalis benefica erit, & terrarum hactenus delicium, ne tibi ipsi sapies. Illuc te relego, si iniquus mihi e nec prohibeo, ut, dum comperendinare tibi licet quicquid uel ipse tibi in buccam uenerit, uel bom bycinus aliquis per inuidiam ingessit, id liberè ef futias, & cordatis te omnibus deridendum deda Nec enim tam coarctatum, est humanum genus ut uni tibi impunè liceat accusare, quæ nemo i animum induxit, aut extollere tua sterquilinia quibus ueritatem inquinasti. Sed cum quo loquor nempe semper somnians. Te potius mihi exorem benignissime Lector, ut facilitate tuâ has meas si ue fabulas siue mythologias admittas, quibus ho unum quæsiui ut post Christi seriam imitationem & humanæ uitæ rationabilem conuersationem

scientiæ

…entiarum terrenarum decora & variam dele-
…ctationem possideamus: quæ sanè nobis non merce-
…rij unus alterq; sermo, nec exactoris importuni
…, nec nugatoris epitome glossata, sed seria rerũ
…strarum communicatio atq; cura, maximè verò
…EI nobiscum conversantis auspicia dabunt,
…unc adorabimus, mi Lector, ut quod utrisque
…est; supplere ipse, & in omnem veritatem de-
…cere velit. Nos vero inter nos amabimus,
…us hoc erit non postremum opus, ut quæ mi-
…us dextrè, minùs convenienter dicta sunt, non
…rulentiâ & atrocitate, sed Christianâ Charita-
…emendemus, diluamus, interpretemur, atq; ad
…utuam ædificationem conferamus. Discipulum
…e habebis, si non satis docilem, certè patientem
… veritatis auidum. Ignoscas autem simul opero-
…excusationi, quæ si tibi procul à me remoto su-
…rvacua fortè videbitur, memineris, qui nocere
…lunt, plerumq; in propinquo esse, per quos si De-
… noster me quiescere ac Christi regno servire per-
…iserit, non intermittam, post hæc ludicra & sacri
…udij intercalaria, serium aliquid tecum commu
…icare. Servet te Dominus IESVS, instituti nostrâ
princeps, quem ut pro me adores, etiam, atq;
etiam qua possum, in te animi
propensione precor.

Vale.



APOLOGORUM CHRISTIANORUM Manipulus Quintus.

Seneca.

Quemadmodum radij solis contingunt quidem terram, sed ibi sunt unde mittuntur: Sic animus magnus & sacer, & in hoc demissus ut propius quidem Divina nossemus, conversatur quidem nobiscum, sed hæret origini suæ. Illinc pendet, illuc spectat ac nititur: nostris tanquam melior interest.

I. *ANTIPODES.*



NDICTO Oecumenico *Concilio*, cum remotissimæ nationes ex altero eodemque Mundo compa-ruissent, advenerunt tandem, contra Lentuli & Cornelii opinionem, *Antipodes* Dic vix potest, qui hominum tum concursus, qua admiratio fuerit. Incedebant enim non ut in versæ arbores; sed capitibus ad terram, rami sublatis: unde facilè colligere erat, esse pla è à nobis diversos, nobisque oppositos. Admissi in sessionem, & de *Religione* interrogati, responderunt, *Diligere se Deum toto corde, totâ Animâ totis viribus; & proximum, ut seipsos.* Quæsit *de Politiâ*, dixerunt. *Se honestè vivere, neminem lædere, jus suum cuique tribuere.* Examinati de *Philosophia Mortem se meditari* ajebant. *De Matrimonio* compellati, *Quæ Deus*, inquiebant *coniunxerit, homini non separanda. Labores eo*rum inquisiti. *Sudorem vultus* subjecerunt, *qui panem quærerent.* Postremo *Scopus totius vitæ* petitus, *Æterna cum Deo vita*, indicatus ab illi est. Hæc cum Patres concilij audivissent, surrexit in medium Præses, &: Viri Fratres, inquit, *quid mirum est, multos dubitasse, sintne Antipodes?*

2. ARTIFEX.

Ictor cùm artis excellentiâ omnes ſuperaret, liberos tamen planè deformes, identidem ſuſperat. Interrogatus ab Amico, quid infauſti eſſet? Nihil, reſpondit, niſi quod illud didici, hoc non didici. Quid enim, quòd Magnates clementer, Nobiles fortiter, Conſiliarij prudenter, Præfecti temperanter, ſubditi decenter, quid quod Religioſi piè, Jureconſulti juſtè, Medici ſubriter, Philoſophi ſapienter, Philologi eleganter loqui omnes didicerunt, agere pauciores, tàm, quod facilius eſt, rem noviſſe ac peragere? ...ius enim ſcholæ paſſim proſtant & magno ſu...nentur: hujus neſcio quàm quiſq; ſibi Doctor, ſuo periculo relinquitur. Hinc Ariſtoteles ve...er ſolicitè & anxiè inter virum bonum & Su...rem bonum diſtinxit, ne poſthac crederentur ...ter ſe reciproca; ſed omnibus conſtare poſſe, nebulonem calceos optimè conſuere, & inte...errimum virum peſſimè. Hæc ut audivit Æqui...s: Laudo te, inquit, qui animadverteris. Id e...m lugeo, Harpyias maximè omnium ſolicite religioſe tributa exigere, & furunculos ſuſpē...à furaciſſimis.

3. AVGVSTINVS.

AUguſtinus, Hipponenſis Epiſcopus, ad Myſteriorum Dei mare expatiatus, & Confeſſionum ſuarum libellos obiter relegens, in hypocri...m invitiſſimus inciderat, qui blando ore virũ ...andidiſſimum ſalutans, Ecquid legeret, percontabatur.

tabatur. Cui Augustinus, Meos errores, inquit simulq; libellum porrigit. At ille, amarum qui subridens, Quid opus erat, Sanctè Pater, seme ineptulis prostituere, cùm Deo omnia pateant Quid verò? respondit fervidum pectus: si in pr dones inciderim, conquerar; latrones anima meæ non accusem, non prodam? pueritiæ inobe dientiam, adolescentiæ ardorem, juventutis te meritatem, ingenii ambitionem, linguæ vanita tem, laborum vilitatem, religionis tenebras, so cietatis pericula, dein matris lachrimas, scriptu ræ fulgur, Doctorum roboratio~~nme~~nem Veritati dulcedinem, carnis conflictamina quibus sauci tus & sanatus, quibus circumactus & solidatus quibus submersus & clevatus sum, non aperiam Et in Dei mei sanctuario velut veteris homini exuvias, novi stolam, & arma gratus suspendam Tunc Hypocrita, Tuum hoc, inquit, Exemplai esto; sed quod aliis imitari non incumbat. Ap- paret, respondit Augustinus; at quanto cum sim- pliciorum periculo, qui, quæ vos simulatis, cre dunt; quæ tacitè improbatis, verbis decepti ma- gni faciunt? hinc lucrũ vobis, illis fumus; vobis fama, illis damnum; vobis otium, illis labor, do- nec jubente supremo judice, id, quod diu & cal- lidè suppressistis, cum gemitu & dentium stri- dore erit proloquendum.

4. *BIBLIOTHECA-*

PRoximis Eruditionis comitiis supplex adve- nit fœmina quædam brevibus giaris & com pedibu

pedibus vincta. Quotquot aderant, ex squalore & vinculis aliquam è Turcia captivam & lytrum inquirentem conijciebant. Sed illa, opinione omnium literatior, se Bibliothecam nominavit, & judicium ob rem non contemnendam expetiit. Vivere se, ajebat, nō liberam; sed ad paucorum perspicilia, corrodi tineis, cohabitare vespertilionibus, & id tolerabile: includi clatris, obfirmari seris, nunquam inspici, nisi in spectatorum ludibrium. Nec id intollerabile: servire ineptiorum informationi, & suggerere beanis Magistralia vi in tenebris coactam, id noluisse posthac, & cum capitis periculo effregisse. Cui proceres: ira te, responderunt, præcipitat: nam ut studiosorum est curiositas, nimium ex te quererēt: ut temeritas, nimium te abuterentur; ut est cupiditas; nimium tui auferent; ut est inæqualitas, nimium te macularent Sed Bibliotheca jam fervida: Quis credat, inquit, Cauponas, tabernas, lupanaria tutò patere, Bibliothecas in studiosorum securitatem abscondendas esse?

5. *BOCALINVS.*

TRajanus Bocalinus, ingeniosissimæ dicacitatis homo, cùm ex Italia in Germaniam esset expatiatus, & cum eruditis, & perspicacibus aliqua de strumosis, gibbosis, calvis, luscis, simis, balbis, truncis, & similibus corpore vitiatis conterraneis suis disseruisset, possent ne sanari, ac si insanabiles, anne in Nosocomium potius abducendi, quam inter recti corporis homines tolerandi sint? magna cepit laborare invidia. Nam erant

erant, quibus hos nævos hypocriſeos pallium hactenus obtexerat, vel ſanè non omnibus permiſerat eſſe conſpicuos; quibus Bocalinus mordacior habitus, pòſt creſcente odio res pacatas turbare, prodere patriam, inſultare bonis dictus eſt. Bocalin. ut audiit inſipidā accuſationē, tamen ne haberetur importunior hoſpes, ſanctè juravit Germanorū vitia nunq̃ noviſſe, nunq̃ riſiſſe, ac omnino accuſatorū ſuorū vultus aſpexiſſe neutiquam, famam audiviſſe nuſpiam; Dolere, non potuiſſe aliter, ſibi innoteſcere, quàm per vitia: Dolere, hæc vitia non ſuæ gentis ſola eſſe, paratum tamen publicè teſtari, nec Aſinum Quadratum, nec Cornelium abs ſe tactos eſſe. Hoc cum riſu acceptum, & ſententia lata eſt. *Mundum tam ſibi undiq; ſimilem, & quæ de altero narrarentur, huic quadrare; itaq; acquieſcerēt.*

6. CANES.

IUſſi erant bonæ mentis Agricolæ, ut Lucianū, Merlinum, Rabelaſium, Fiſchartum, Bocalinum, Barclajum, Paſquinum, Gentilem & cōſimiles ſatyricos canes, quod feras undiq; conſectarētur, loris, catenisvé alligarēt, vel ſanè fuſtibus ad colla appenſis impedirent. Id quia durum agricolis viſum, quòd fruges feræ cùm depaſcerentur, tum conculcarēt, ſupplici libello quę neceſſitas canum apud ipſos, quæ importunitas ferarum, ac exinde publicum damnum, expoſuerunt. Depopulari enim ſegetes ab ambitionis cervis, voluptatum apris, violentiæ lupis, impoſturarum vulpibus, imitationis leporibus, adulationis cuniculis; idq; tanta frequentia, ut ad debitum

m Christianum exolvendum posthac pa-
sint suffecturi. Responsum ijs est, jam du-
appositos illis esse vigiles, qui clamore &
culamentis arcerent. Tum replicarunt, ni-
esse dormitantius his vigilantijs. Sed tũ duri-
increpati, ac sub rebellionis, pœna canes vin-
iussi, cum murmure abierunt, hoc inter se
ssitantes, Generosos canes vinculis ferocio-
fieri.

7. CLASSIS.

Lassis illa ingens & formidabilis, quàm Rex
atq; idem Ecclesiastes Salomon in Moria lon
tempore instrui jussit, tandem publico Orbis
rore solvit. Erat enim rumor, subjugandũ hu-
num genus, & ad Catholicam tum religionẽ,
n politiam sub quinta Monarchia cogendum.
miralius sive classis prçfectus designatus Joh.
ilerus Kaisersberg. ejusq; legatus Des. Erasm.
terodamus, addituśq; qui eorũ vices nonnun-
ã obiret Corn. Aggrippa, ac præterea Navar-
orum gubernatorum, remigum innumerus
merus Visi ẽt sunt An. Seneca, Thomas Mo-
, Sebastian. Franc. Fr. Rabelais, navib præfecti
cretum erat nemini parcere, nullo sexui, çtati,
gnitati, quisquis obsequium & Sacramentum
ectaret, interiret. Ita appulit deniq; in Narra-
nia & publico luctu expectata, solenni plausu
; risu excepta est. Nihil enim armorum, nihil
hale secum vehebat, sed ludicra, chartas fide-
s, lyras, crepundia, campanulas, specula, talos,
id genus infinita alia. Una lex erat, qui se
dede-

dederet, cucullam, quæ ingentibus onerariis a[...]
vectæ erant, quisque indueret, auriculatam, v[...]
riegatam: nolis appensis sonoram. Ita Orbis f[...]
sanguine subactus est.

8. COMOEDIA.

FEriis Saturnalitiis Comœdia magno appla[...]
su acta est, cujus hoc argumentum est brev[...]
simum. Primo actu Adolescens voluptatis & f[...]
mæ contubernium ingressus, varias Scientiaru[...]
& Artium puellas adamaverat, cum quibus v[...]
rio ineptiarum genere se delectabat. Secundo [...]
ctu vitam civilem in foro sibi adsciscens, mo[...]
bus diversissimis & consuetudinibus imbueb[...]
tur, temporis & ingenii admodum prodigu[...]
Tertio actu humanarum controversiarum c[...]
stra invisens, armatus totus ex omnibus comp[...]
ruit, & furiosè cum totius orbis sententiis co[...]
flictavit. Quarto actu ad alendam vitam co[...]
versus, Mare huius mundi infidele periclita[...]
conatus, cùm jam tranquillitatis & Sapient[...]
opes collectas possidere sibi videretur, & in P[...]
triam reditum pararet, truculentissimâ corpo[...]
humani tempestate agitatus, labore fessus, op[...]
bus ejectis, confractâ nave vix tandem pœn[...]
tentiæ assere in terram enatavit. Ea in Qui[...]
to actu Resignationis insula reperta, sub simpl[...]
citatis Christianæ Principe, & levamentum [...]
laboris dedit quietem & acquie-
scentiæ hospi-
tium.

9. DECIMATOR.

Mbra quædam circumvolitans Arithmeti-
cum afflaverat. Is, qui ad calculum omnia
care, & fumum etiam ponderare didicerat,
n acquievit, quàm per æquationum omnia
nera examinaret. At opus haud erat ulla sub-
tate, quin ipsa potius umbra, ut liberaret an-
um & radicibus tessera contaenneagonalibus
entum: Heus, inquit, ad vulgares calculos
di. Nam quòd extenuata sum, primùm Sim-
citatem decimavit Curiositas, dein indolem
ademia, mox mores peregrinatio ac prope cā
es conversatio, postea sanitatem luxus, inde
mpus vanitas, porrò conscientiam Satan, post
bertatem mulieres, postremò resipiscentiam
nsuetudo, denique cùm moriendum esset, de-
mavit Sacerdos, cui exinde poculum tot num-
is, quot Christus venditus, emptum. Tu mihi
m ex societatis regula dicito, quantum mei sin-
ulis impenderim, quantum supersit. Logi-
a cùm subduxisset numeros, ac exiguum planè
us quod primum divino beneficio congestum
at superesset: Heu, inquit, quo numero esse
otuisses, cui Deus addidisset? at tu temerariè
multa subtraxisti, inde infamia tua multi-
plicata, & reliquiæ inter tur-
pissimos hæredes
divisæ.

10. DEFECTVS.

OBorta erat in Reipub. regno periculosa setio, subditis ad civilia impatientiæ arma clamantibus, & credulitatis exactiones detrctantibus: Cumque subitò ac intempesta no convocati essent remediorum architecti, infstum aliquid & periculosum accidit. Nemo en ex omnibus erat, qui non in tanta festinatio alicujus maximè necessarij membri sit oblitHic aures quibus subditorum gravamina & qrelas audiverat; Ille nasum, quo Politicor dolos & quæstorum furta olfecerat; Tertius culũ, quo Patriæ acta, privilegia, contributio inspexerat; Quartus linguam, qua pro integri te subditorum contra iniquitatem exactorũ dsereret: sed maximè, qui Cor, aliusq;, qui manu domi reliquerent, conventum omnem turba re. Nam illud ad prudenter constituenda, hæc fortiter defendenda Patriæ jura, Publicamq; fe citatem desiderabãtur. Itaque ut quàm citissi domum redirent, & hæc imperii insignia secu ferrent, conclusum est.

11. DELICATI MARTYRES.

SOlet Religio Christiana die Passionis Dom nicæ processionem ex Martyribus instituer cujus hic est Ordo. Ipsa præcedit alata, in purp ra semilacera, cum Cruce & habena, altera ma Biblia aperta gestitans, & Mortis simulacrum s cum trahens. subsequuntur terni & terni Mart res albis stolis, lauro coronati, & palmis deco

incred

[i]credibili numero, vultu hominis augustiori, [q]uibus ea cantilena ingenti jubilo & divina mo[du]latione canitur: *Halleluia, salus & gloria, & [ho]nos & potestas Domino Deo nostro, cuius vera, [ju]staq; sunt judicia, qui magnam illam meretri[ce]m (quæ terram impudicitiâ suâ corrumpebat) da[m]naverit, & ab ea pœnas sanguinis suorum repe[ti]verit!* Id spectaculum cum multis arrisisset, & [in]ter eos animadvertissent, qui non sanguinem [p]rofudissent, sed vitæ saltem miseria, & persecu[ti]onum patientia eam virginitatem essent asse[c]uti, spem certam concepere, fore, ut quia cum [h]ominibus frequenter essent conflictati, gloriã [e]ade inter Martyres impetrarent At Religio, per[s]picacissima Matrona, cum ambitiosos, turbidi [c]apitis, delicatos, impatientes, polypragmones, [n]ovatores illos reperisset, & ob id undiq; expul[s]os, & intolerabiles habitos: Ite, inquit, ad vestri [i]ngenij Martyrologos: nam hic chorus meus de[d]icatis Martyribus non patet.

12. DISPVTATIO.

BElial, summus ille Sophistarum, cùm processum contra Christum absolvisset, nec voto succes[s]isset, aliud est aggressus, sc. anné cum eo reconci[l]iari, aut certis pactis vel induciis convenire pos[s]et. Itaq; ad Academiã se conferens, mediis Bac[c]hanalib. theses affigebat, quas ob id negotiũ vel[l]et ventilari. Cũq; disputationis dies advenisset, ipseq; defẽdẽdę suę opinioni paratus staret, cõpa[r]uere Metaphysica Logica Rhetorica, & reliqui eruditionis studiosi & acri cõflictu Beliale aggres[s]i, ad ravim usq; sese exercuere. Sed ille lubricus

nimiùm, & distinctionibus undiq; armatus, in superq; linguæ volubilis nunq̃ minus tacere, cùm victus crederetur, audiebatur. Tandem cùm fortè ingrederentur duæ puellæ rusticæ, simplicissimi cultus, altera Fides, Charitas altera expalluit: quãprimũ Sophista, dein sudãs, & ad omnes sese angulos cõvertens, deniq; obmutescens, arreptis cum indignatione chartis suis, cùm descenderet ex pulpito, murmurare auditus est: Arbitrabar, cum fuco rem mihi fore; at nunc ecce Veritas.

13. ELEEMOSYNA.

SOlet Eleemosyna singulis mensibus benedicere ijs, qui de se optimè essent meriti. Id sanctè diu habitum, tandem opulentorum ambitioni servire cepit. Confluebant enim, qui in histriones, moriones, ciniflones, magos, cupedinarios, lenas, & alia Orbis putamina prodigi, pietatem dicerent; sed deprehensi ab Eleemosyna, multum pudere & abire sunt jussi. Dein annotati, qui pictoribus, sculptoribus, chalcographis, phrygionibus, & artificum inventorumque cætero gregi nimiùm ac insanè faverent, & pietatem dicerent; sed & hi recedere sunt moniti. Postea reperti sunt, qui Sacrificos pinguefacere, Politicos saginare, literatos infarcire, plebem saturare sunt conati, & Pietatem dicere: quos & ipsos valere ac sapere Eleemosyna voluit. Tandem quæstorum exactorumq; turba expulsa est, quæ tota vita deglubendis excoriandisq; miseris occupata, imminente morte quadraginta plus minus florenis scelus omne vult expiatum. Ac tunc

Eleemo-

eemosyna: Euge, egregiam, inquit, pietatem
rari capitale, devovere censum.

14 EVANGELIUM.

Vangelium cùm in fidem aliquot Canditatos recepisset, quorum magnus se numerus ob li-rtatis famam quotidie offerebat, paucis post ebus, quid fieri ab ipsis vellet, aperuit: I. Pau-rtatem induerent, *Matth.* 19 ℣. 21. II. Semet negarent. *Luc.* 9 ℣. 23. III. Castitatem cole-nt. *Matth.* 19. ℣. 12. IV. Malum bono referrent. *atth.* 5. ℣. 44. V. Injurias tolerarent. *Matth.* 5. ℣. . VI. Plenam liberalitatem exercerent. *Luc.* 6. 30. VII. Linguam compescerent. *Matth.* 12. ℣. . VIII. Occasiones peccandi vitarent. *Matth.* ℣. 12. IX. Hypocrisin fugerent. *Matth.* 7. ℣. 21. . Facerent, quod docerent. *Matth.* 23. ℣. 4. *&c.* I. Non soliciti de victu essent. *Matth.* 6. ℣ 31. II. Fratres errantes corrigerent, *Matth.* 18. ℣. . Hæc & similia cùm aliquibus duriora vide-ntur, & observatu difficilia, quidam ex ijs, quē eterem habebat sive Amicum, sive Præcepto-em, Sophistam, quid agendum censeret, consu-uit. Is subridens, Quid te torques, homo sim-lex? res salva est, & una distinctiuncula expe-iunda. Quædam præcepta sunt Evangelica, ut ccipere decimas, curare domesticos, bibere vi-num: quædam consilia, qualia hæc duodecim, uæ non imposita tibi sunt, si nolis; nec prohi-bita, si velis. Tu tamen observabis, quid ex usu uo sit, & loci consuetudine. Id posteaquam in-otuit, metum Evangelici imperii omnem su-tulit, & ingentem Pseudoevangelicorum tur-bam acceleravit.

15. EVCHARISTIA.

INtervenerat fortuitò Paganus Christianorum sacræ Communioni & trepidam hominum devotionem admiratus, submissè ex proximo quæsiverat: Ecquid rei tremendæ hîc ageretur? Tum Christianus: O homo prophane, inquit, res sacra sancta hic peragitur. Nam Deus noster singulos quos hic vides, ingreditur, & divina inhabitatione vacuatas ædes occupat. Quibus vacuas? reposuit ille. Et Christian: Superbia, ait, Avaritia, Luxuria, Ira, Gula, Invidia, Accidia, quæ nup homines possederãt; at seria cõfessione atq; fideli pænitentia ejectæ, nunc locum dederunt Divino regimini. Tacuit ad hæc Paganus, & notatis diligenter, quotquot Deum suscipere viderat, quoq; potuit, ea die atq; altera est subsequutus. Nec mora multis interposita, cùm ad luxũ, ad prædas, ad lites, ad epulas, ad insidias, ad pulvinaria est reditum. Paganus verò vix oculis suis credens, non prius acquievit, quàm rem turpem ita se habere certò deprehendit. Tum in forum progressus, ac publicè exclamans: Vidi Christianos omnium hominum maximè inhospitales, apud quos ne Deus quidem biduo commorari potest.

16. EVSEBIVS.

EUsebius cùm quadã die visus esset retrogredi, & dorsum Babylonicæ Reginæ obvertere, in vincula conjectus, ac exinde causã dicere jussus est. Vocatus in Sanhedriũ, & judices intuitus cũ singuli displicerent, rejecit oẽs, & ad æquius judiciũ ꝓvocavit. Illi frendere, alij obstupescere ho-

mini s

nis insaniâ, qui nesciret hujus planè exactissi-
dicasterii æquitatem. Erant quippe Herodia-
Cæsaris amici, Nazarei Deo devoti, Pharisæi
umperiti, Saducęi eruditionis exemplaria, Ess.
humanissimæ vitæ homines, & parum omni-
Babylonicæ Reginæ favere credebantur. At
seb. in sententia perstitit, Nolle hos judices.
am Herodianos esse ambidextros, Nazaræos
tonsos & ebrios, Pharisæos traditionib. occu-
ri, Saducæos prophanos esse & immortalitatẽ
imæ negare, Essæos sub stolis inquinatos & hy
ocryseos candidatos, quorũ omnium consensu
hristus olim innocentissimus sit cõdemnatus.
d negabatur. omnino Eusebii appellatio, &
gtis intrudebatur. Tũ illi; vim vestrã ferre pos
m: approbare verò judicium nũquam possum.

17. EXEQVIAE.

Visum est nuper spectrum, quod erat hujusmo
di. Caput nigris albisque fasciis obvolutum
abebat, manus ardentes, pedes equinos, corpus
umptuosis crepundiis amictum, cætera emble-
natibus pictum, arma inversa gerebat, & lugu-
re aliquid ridebat. Accersiti Exorcistæ, cùm diu
fatigassent, nomen extorquerunt esse Exequiis.
At Mors interveniens sanctè jurabat, pro socio
non agnoscere. Vivam enim esse vanitatem,
non emortuam, & evidens animal, non cada-
ver. Tum Spectrum conclamare sacrificulos,
& spiritualitatis testes convocare, imò & sa-
cros sermones, queis collaudatum esset, disper-
gere. Verùm interrogatum, an Christi & Apo-
stolorum, an Sanctorum heroum funeribus

interfuiſſet, obmutuit. Tum è Chriſtianis aud culis quiſdam: Heus tu, inquit, cum ea pomp ijsque laciniis aliquando reſurges, & tribuna Chriſti appropinquabis, Tum te Chriſtian mor is comitatum, non ambitionis vanæ ludib um credemus.

18. EXVVIAE.

TRajanus, & Plinius; ille Cæſar, hic provin ciæ præſes in Reipub. theatro juxtà conſede rant, inſolito plane ſpectaculo Nam Trajanu palliolo græco involutus erat: Plinius purpur & faſcibus nitebat. Cumque curioſius inſpice rentur, annotatum eſt, inter ſe veſtes commutaſ ſe. Id animadversũ ab hiſtrionibus, ac in joci ma teriam arreptum, ac indutus aſinus leonis exuvi is, ac in Scenam protractus. Non fefellit utrumq; ſcomma, at Trajanus Magnanimus Princeps fa- cilè cõtempſit, Plinius ad animum revocavit, ac diſſimulata ad tempus injuria cum fortè in pro- vincia ſua Mimos eſſet nactus, fuſtigatos & illu- ſos urbe ejecit, quumque quærerent delicti gra- vitatem, reſponſum eſt, Majeſtatis reos eſſe, & duriora meritos. At illi Trajano ſuplices facti, cùm aſſeverarent, nunquam ipſi eſſe illuſum, ſal- tem iocatos in Plinii purpuram. Reſpondit Tra- janus per ſe non ſtare, quo minus umbra ſua ter- ram obfuſcet: ſaperent poſthac: nec enim oblo- quendum eſſe ijs, qui poſſent facere; nec luden- dum cum ſeriis; nec ſcribendum contra eos, qui poſſent proſcri- bere.

19. FISCELLA.

Lethes, homo integri cordis, sed liberæ lin-
guę, quod aliquoties Hypocrisin increpasset,
latus ad Politicorum judicium, jussus & fiscel-
capistrari. Id ut durum erat, ita plerisq; crede-
tur, Alethen id laturũ quàm impatientissime.
t ille nihil commotus prompte admisit, tum
uòd temporarium esset, & in loco haud ita ce-
bri minus infame, tum quòd masticationẽ ni-
l impediret, & liberalitatem commiserantium
ovocaret. Sed maxime, ajebat, quia ad dedecus
orum est, meum decus: nisi enim notassent, la-
issem; nisi obstruxissent, tacuissem. Nũc quot-
uot fiscella insignitũ intuentur, curiose de me
quirunt, & Veritatis odium execrantur. Hoc
tem optimus quisq; optat, apertam esse eorũ
am & invidiam, quos dignum est invidere bo-
s, quàm si tectam gerunt, lethalius nocẽt, cum
plicant, facilè hominib. sordescunt. Bonis be-
e dixi, malis malè; an malis bene dici volunt,
bonis malè; an bene omnibus, malè nemini?
t cui nemo malus est, quis bonus esse potest?

20. FVRIAE.

Ongressæ sunt haud ita pridem quatuor Rei-
publ. pestes. Blasphemia, Usura, Libido, & E-
rietas, ac inter se de præsenti rerum statu collo-
utæ: Blasphemia, vos meæ, inquit, jam dudum
st, quod honesto loco habemur, & in Virtutum
alatium admittimur. Sed nobis nescio qui sacri
iculi, vel audaculi alii, quos viros bonos nomi-
ant, obganniunt, cõsulo igitur, quando hac æta

te Nobilitas minimo venit, ut & nos Equestre dignitatem emamus, quę scutum nobis erit co tra latrantes illos catellos, & dos insignis ad o tinenda splendidissima matrimonia. Allubuit cæteris, & conflato, quantum opus erat, argẽt multis verbis & argumentis Nobilitatem pet re. Sed virtus, quæ insignia solet impertiri, qu dignum prẹmio, aut Patriæ perutile præstitisse olim, aut prẹstare possint, percõtata Blasphemi Ego, inquit, Deum expello, ut terram relinqu ret filiis hominum, pòst Usura: Ego Plutum, i quit, effodio, irritamentum malorum. Inde Lib do: Ego terras inquino. Deniq; Ebrietas: Ego, i quit, hominem exuo, & brutum induo. Tum vi tus: Cum perdenda erit terra, respondit, vestra c pera utemur, ac tum Nobilitabimini.

21. *GENVINI.*

FElicitas cùm instruxisset lautissimum Epulu & quã plurimis, qui se Convivas fore somnia bant, salivam movisset, illa non nisi unius Patri conterraneos invitavit, & multis opulentiæ, co cordiæ, roborisq; dapib. erexit. Cõvivæ erant R ligio, Lex, Imunitas, Historia, Mos, Fruges, qu bus cum Felicitas frontẽ undiq; & pectus ipsu exporrexit. Cibi aspectabiles erãt. Pelicanus, cr ore pullos conspergens cũ symbolo *Dum vivã*. Canis sepulcro domini insidens, cũ emblemat *Usq; hu*: & Alveus apib. plenus cũ inscription *Suum quisq;* Doluit Exoticã, quæ omnibus ali conviviis interresset, & inventiones pomparu reliquis impertiret, hîc exclusam, & cum sarca

ni

: Quid præclari tandem egit, inquit, quę uni- Pagi rusticellos convocavit? Quod ut inno- it Felicitati, illa nihil cõmota: Didici, inquit, à prudentissimo fine tempore, tã diu mihi be- & beate fore, quam diu colerem Religionem triæ, & uterer legibus patriæ, & tuerer privile- a patriæ, & novissem historiam patriæ, & ac- mmodarem me moribus Patriæ, & vescerer ugibus patriæ. Nam ge͞uinis securè fidendũ, ix privignis, rarò adoptivis, nunquam spuriis.

22. HENRICUS MAGNUS.

HEnricus IV. Galliarum Rex invictissimus cũ æternæ Memoriæ templum decorare vellet, atuas duas per nobiliss. Thuanum ei consecra- it, Veritatis, & Liberæ linguæ: quod quia non ullis displicuisset, qui Victoriarum & oblivio- is tũ magnanimitatis simulacra malebant, ille ihil motus suaviter arrisit: Jovius, inquiens, ꝙ ulta est vel in gratiam, vel in odium mentitus, tiam ea, quę vera dixit in dubium vocavit. Mei, um omnia effutire licet, tantum absunt ab adu- ationis & livoris suspicione, quantum absunt à ecessitate. Itaq; hanc legem ijs indixi, ne quid alsi dicere auderent, ne quid veri non auderent, tq; hac ingenuâ rerum mearum recitatione ca- ut supra seculi mei Monarchas extuli, Voloq; anc vivam mei imaginem, cui Pictor nihil fu- i addiderit, publicè prostare, ut si me hominem uisse homines subinde deprehendant, magis mi entur, tot admiranda mea non ab aliquo Poëta- ũ invulnerabili. Deo, sed mortali & carnea mas- a, quam inimitabilis spiritus inhabitarit, esse perpetrata. Hæc audiens Posteritas: Hoc

nempe, inquit, impetravit, ut quicquid scriptores dicant minus dixisse credantur.

23. HOMO.

NAtura, opulentissima vidua, filium, quem prę omnib. indulgentiss. dilexerat, & solicite educaverat, Animum, cum maturæ esset ætatis, virgini lectissimæ, Corpori, despõsavit, dotemq; amplissimam, Rationem, addidit, cui sponsa voluntatis non contemnendas opes cõtulit. Oeconomia vitæ inchoata, & addito expensarũ magistro Memoriâ, cõductisq; ministris sensuum quinq; agilib. & laboriosis, admirabiles undiq; Concordiæ reditus colligebantur, erantq; ingenii, virtutumq; promptuaria undiq; plena. Iis tres singularis prudentiæ præfecti dispensatores Honestũ, utile, atq; jucundũ. nihil quod ad Harmonicam opulentiam faciebat, intermittebant, Imperabat amico domino, obsequebatur illa libera subjectione: serviebãt cęteri fideli opera; dispensabat Oeconomus liberali parsimoniâ, consulebant Senes paternis monitis. Sed haud diuturna fuit matrimonii felicitas. Cũ n. Domin. superbire, ille heluari cepissẽt, & ministri paulatim dissolvi, oeconomus securius & licentius agere. Unum honestum diu quidem reluctari, tandem verò abigi, ac mox malorũ Pandora ingredi visa est. Cessit paulò pòst sua sponte Utile. Jucundum senio & podagra confectum elanguit. Exhaustæ opes, perdita fama, turbatum caput, excisum Cor, conculcata conscientia, sublatus pudor, extincta felicitas. Interea meretricum & Mæchorum domus plena, histrionum turba frequens, tum cre-

ditorum

itorum divexatio perpetua, donec, cui præ aliquis debebat, desperatio obtorto collo vinciens prodigum, Gehennæ carceribus intrusit æternis suppliciis castigandum.

24. *INCENDIARIVS.*

CONvenerant in Prytaneo Boni publici Proceres, Veritas, sagacitas, vigilantia, Sobrietas, Robur, Parsimonia, labor, &c. ut de salario bonorum augendo, & minuendo malorum contrario, inter se conferrent. Allatus enim erat ex Egypto annulus cum inscriptione: *Al virtuoso poca paga le es ser señor de toda la tierra, y al vicioso poco castigo es quitarle la vida.* Ea regula, quia ex usu Regni videbatur esse, Principis mandato erat discutienda. Hoc cum animadvertisset Malignitas, & vereretur, ne præmiis provocati, bonorum numerus cresceret, mali mediâ & contemptu extenuarentur, submisit hominem subdolum, qui Curiam jam dudum cuniculis suffossam, & pyrio pulvere fascibus substratam incenderet, ratus hoc uno fulgure boni publici nervos omnes & fulcra incidere posse. Fuit homo nequam & occasionem undique captavit; sed notatus ab aliquibus, quod meticulosius & suspectius se gereret, tandem apprehensus & excussus est, nec aliud repertum, quam stupæ, cum chalybe & silice. Inde pro incendiario habitus, & ad tormina raptus omnem tentati sceleris ordinem exposuit, tum repertæ subterraneæ insidiæ, & periculi magnitudo cum præsentia, æstimata: ita supplicium hic invenit, illi salutem retinuerunt, ac in publico tabula au-

ratis literis ſuſpenſa, cujus inſcriptionis ſumma, Deo curæ eſſe publicam ſalutem, alioquin Satanæ fraudibus intereundam.

25. LANGVIDVS.

LAnguebat Integritas, atq; cum ſummo totius familiæ, ac vicinitatis dolore. Itaq; nihil intermiſſum, quod ſanitati reddendæ poſſet conferre. Vocatus Veſalius Anatomiæ Princeps, ut intima ſcrutaretur, reperit in ægrotante colorem autoritatis, vivum & rubicundum, Calorem bonæ famæ temperatum & ſanum, vocem honeſti animi ſonoram & nullibi raucam, anhelitum obſequii facilem nec impeditum, Guſtum ludicrarum nihil infectum, ſed ſapidum, Pulſum contributionum ſatis ac æquabiliter mobilem, Urinam ſumptuum non letalib. maculis ſignatam, Somnum fidelitatis germanicæ, non ullis terriculamentis abruptum. Cumq; alia atq; alia ſolicitè examinaret, nec pateret tanti languoris cauſa, ac puderet jam tandem Anatomiæ ſuæ eſſe impoſitum. Hic morbus inquit eſt ex ædoricis vulneribus quæ occultata necant, retecta facilè ſanantur.

26. LINGVAE.

PÆdotriba quidam Hæbraicæ & Græcæ linguæ occurreret, & , ut eſt genus hominum Philautum, tecto capite prætererat, At illæ jamdudum homuncioni offenſæ, veluti occaſione data ſubitò inſequebantur, & medium arreptum

elapsis & pugnis miserè dedolabant. Tum Pædotriba vociferari, Deos hominesq; inclamare, equi accurrere, sed præ risu manum nullam movere. Tandem Latina lingua, ut audiit tyronem suum vapulare, tulit suppetias, & facilè o amicis linguis impetravit, ut dimitteretur. quæsivit autem ex illis, quid peccasset homo miser, audiensq; cum inurbanitatem stolidi capitis, tum quod nunquam Auditoria ipsarum avisisset, nunquam adduxisset vel admisisset illos, sed inutilibus præceptiunculis juventutem adimpleret, quam econtra solido auro & argento emungeret, capsulasq; vacuas sub speciosis titulis vēderet, risit Latina Lingua, & Meæ sorores, inquit, Nulla est hujus hominis malitia, sed imbecillitatis conscientia. Nam qui possit vobis etiam centenario major sufficere, qui quadraginta integris annis ex me latinè discit, nec Latinè loquitur.

27. *LVSVS.*

CONvenerant diebus feriatis Lusus & Scurrilitas, cumq; hæc sibi mirè placeret, & illum amicissimum crederet: Opportunè, inquit, mi frater, ut in scenam mecum humanarum ineptiarum eas. Tum ille, tecum, inquit, faciam, maledica, quæ bis per omnia mihi adversaris? Nec enim rectè judicas, nec consilium verè das, nec autoritate polles. Dein quæ non didicisti, audes; quæ audes, ad amorem utilitatemq; non accommodas, tum honesto lepore nihil

condis:

condis: hinc doctrina, benevolentia & libertat penitus cares, ac ingenio, oratione & moribu planissimè delinquis, saltem inverecundia & mordacitate apud maleferiatum vulgus risum aucuparis. Mihi verò præterquam quod Religio, Respublica, Eruditio est curæ, ita tamen earundem non undiq; perfecta administratio, toleranda creditur, ut si virtutes vitia, merita sumptus, dotes nævos præponderent, planissimè acquiescam; si æquales sint, dissimulem, si minores moderatè moneam; sin nullæ, ac imposturis, barbarieq; penitus extinctæ salsè perstringam, ut omnino pateat non esse Libidinis & latratus Satyram scribere, sed animi religiosi, integri, moderati, cordati, & in posteritatis usus intentissimi.

28. MACVLA.

DEambulabant per Voluptatis hortos incurii aliquot, & capti rerum elegantia, dum singula perlustrant, tandem ad subterraneos fontes, quos grottas vocant, descenderant. Quod animadvertentes, qui in insidiis stabant, aqua per tubulos & fistulas emissa, interclusos hospites non conspergebant modò, sed totos madefaciebant. Tandem emissis illis, cùm ad cubicula & focos omnes properarent, non eadem siccandi & abstergendi ratio reperta est. Nam quos vanitatis, Socordiæ, loquacitatis, contentionis opinionum, aqua resperserat, facilè siccabantur, haud magno vestium damno: quos avaritiæ, ambitionis, crapulæ, invidię aqua madidaverat,

tardius

rdius ſiccefcebant, & nitorem veſtes amiſe-nt, Deniq; quos Libidinis & ſanguinis aqua aculararat, magno labore fœditatem deterge-int, & ad pudoris ignem ſedulò diuq; veſtes movebant: illæ vero & corrugabantur, & in-cia macularum retinebant. Tum quidam in-itus: Hæc, inquit, Conſcientiæ inquiname-ſmegma nullum detergit, lixivium nullum luit.

29. MATHEMATICA.

MAthematica, illa omnium artium Regina, quòd ſordidè haberetur, & amicis propè mnibus careret, his diebus ab Academia miſ-onem petierat. Hæc vero non tam æſtimatio-e Nobiliſſimæ matronæ, quàm ne ob ejus di-iſſionem minor videretur.& malè audiret,be-ignis verbis placare illam,& ſi quàm accepiſſet njuriam vindicias promittere cepit. Tum illa: Qui poſſis, inquit, Domina, cum hinc Latina ingua, illinc Dialectica tibi dominentur? quas uiſq; habet propitias,impunè nobis reliquis il-ud. Græca vilet, Hæbræa alget, filiæ meæ eſu-iunt, & ſoror mea Phyſica quàm eſt contem-tui, nempe omnes exoticæ credemur. Solus atinus ſyllogiſmus inquilinus eſt, & ſi quid no-tri civitate donat, ita paſcit, ut fumo vivere eceſſe ſit. Quid enim non de fraudibus con-querar? Nuper Grammaticorum manipulus uidam amicorum meorum perfectiſſimo,&in-genioſiſſimo perſuaſit,ut oblitus famæ ſuæ illius ordes detergeret,quaſi is ipſe quoq; eſſet macu-

latus,

latus, nunc nobilem ſpongiam nacti, in ſinum rid ent. At Academia ut ſedaret indignitatem: Bono animo eſto, tu mea & hanc rem mihi committe: faxo enim hoc adipe grammaticorum macies non pingueſcat.

30. MERITVM.

MEritum cum numeroſæ prolis Pater eſſet, viſus tamen eſt omnium hominum ſecurioſiſſimus. Quem cum Genus & Opulentia frequenter admonerent, exemplo illorum ſaperet, quæ ſpe ſuâ magnificâ decidiſſent, ille ſubinde majora ſua merita, quàm quæ in poſteris oblitterari poſſint, jactitavit. Proſtare non nominis ſaltem decus, ſed laborum, ingenii, utilitatis teſtimonia & ea ad perenne ſuorum ſubſidium ſatisfacere. Riſit ad ea Politica, & Neſcit, ajebat, hic ſimplex, nunquā deeſſe tempori ſua organa, nunquam organon non uſurpare tempus, & hos calculos laborum lineis æſtimari, non metalli nomenclaturæ pretio. Id annotatum ab aliquibus Meriti liberis, qui quoquo alio nomine, quàm Patris reſpectu operam obtulere, reliquis id inane & glorioſulum, imò pigrum & inviſum plerumque nomen aëra hiantibus. Tum ex ſenioribus quiſpiam: Quî poſſit homo, inquit, de Mundo unquam bene mereri, cùm Chriſtus ipſe tam peſſimè ſit meritus?

31. MONSTRVM.

NAtus erat Mundo partus, ſive monſtrum verius, oculis nullis, naſo adunco, ore roſtrato,

auribus

ribus promissis, digitis uncinis, pedibus ungulatis, sexu hermaphroditus. Is cum usq; adeô abominabilis esset, mirè tamen parentes delectabat, & insigni Pompâ natalis regiæ prolis celebrabatur: tum quòd fata hujus sui delicii curiosè concupiscerent, convocati futurorum peritissimi magistri, Abbas Joachimus & Trithemius vates, Cardanus & Garcæus Astrologi, Picus Mirandulanus, & Reuchlinus Cabalistæ, Tycho Brahe, & Regiomontanus Astronomi, Taisnerius, & indagine chiromantici, Hageccius & Apollonius, Meloscopi, Paracelsus & Turneiserus arcanorum scrutatores, Peucerus, & Agrippa divinatorum collectores, qui in annos, studia, fortunam, læthum inquirerent, magnis muneribus, si fausta prædicarent, cumulandi. Illi ut sibi bene, Mundo satisfacerent, annos Nestoris, ingenium Aristotelis, fortunam Alexandri, robur Herculis, opes Cræsi, famam Augusti, mortem Romuli unanimiter præsagiere, inde donis honorati tacito risu ad sua redire. Quod ut animadvertit Cosmopolemus: Quid opus erat, inquit, tanto indagine, cum per rerum naturam, non liceat ex Basilisci ovis Aquilas excludere?

32. NVNDINAE.

CUm nuper imposturæ haberentur Nundinæ, dici non potest, qui Mercatores, qui Emptores confluxerint. Erant enim inter literatos, qui libros Esdræ 40. & Salomonis magno numero exponerent, qui novam Hierosolymam delinearent. Prostabat Mathema-

ticis Circuli quadratura, Arithmeticis coſſa per-
fecta, ac ſupra omnia numeri myſtici, Prophe-
tici, Iudiciales, ac concentus temporum, Medi-
cis venalis Microcoſmus, ſignaturæ creatura-
rum, harmonia Cœlica, Cabaliſtis portæ intel-
ligentiarum, & acroſticha, anagrammata, litera-
rumque figuræ & combinationes veniebant.
Grammaticis ars memoriç, cubi linguarum, ſte-
ganographia, didacticæ novæ, linguæ mutæ, &
nutuum merx erat. Mechanici perpetuum mo-
tum, æſtus marinos, ſphæras mobiles, Machinas
paneraticas, cornu Alexandri, volandi alas, uri-
nandi capſas, transfretandi terram naves, pene-
trandi Septentrionem canales attulerant. Hiſto-
rici monſtra Auſtri, Gigantes, pygmæosq; &
conſuetudines miras, tum miracula Jeſuitarum
advexerant. Sed maxime operoſi Chymici lapi-
dem Philoſophicum, Medicinam Univerſalem,
Panaceam, lumẽ pepetuum, aurum pellucidum,
vitrum ductile, rejuveneſcentiam, longævita-
tem, tranſmutationes rerum, monetarum fuca-
tionem, & quinteſſentiationem, anatomiam
Univerſi, Balſamum incorruptionis, reforma-
tionem ſcientiarum magno clamore, multis ju-
ramentis offerebant. Nec deerant, qui ſpecula
Philoſophica, perſpicilia Lunatica, ſpecula cõ-
burentia, & qui ſigilla, characteres, campanas
conſtellatas, Spiritus familiares, annulos her-
meticos, virgulas divinas, radices conſecratas
jactitarent. Sed & gemmas facere, & inviſibili-
tatis, roboris, linguarum, divitiarum lapides
vendere, Fortunati loculos, optandi pileolos

con-

ansuere, videre erat, & qui effodiendis thesau-
, interpretandis brutorum linguis, explican-
insomniis, prædicendis futuris, applicandis
aticiniis & sacrificiis, illustrandis mythologiis
eram addicebant. Omnes hi obsidebantur à
riosorum, credulorum, prodigorum, &c.
rba, & multo ære obruebantur. Unus supere-
t institorum, cui nolæ, auriculæ, virgæ, flagel-
, scuticæ, laquei venales erant, is paucos, nec
si sapientes, emptores pro cohercendis furio-
reperit.

33. OECONOMVS.

OEconomus cùm è famis & Paupertatis vinculis ad Ærarium confugisset, subito intu-
uit, & meris opibus diffluxit. Visus à Ratioci-
atione, & vix agnitus: Nonne tu is es, inquit,
ui biduo antè hic & luridus obambulabas, nunc
utis tua vix pinguedinis capax ecquid habet
gestum? Tum ille: vah convictus, ait, quam
b ærario laboribus emo, non nutriat? Ratio-
inatio vero: Immane oportet esse, quod expe-
liendum tibi quotidie est. Haud ita: respondit
lter, ac minus etiam, quàm aliis apponitur.
Cæterum hic cibus nescio quam sapidus est,
quam facile nutrit. Sed caput concutiens Ratio-
inatio: O Scelus, inquit, si orbes, patinas, ca-
inos, cacabos, & integros focos cum cibis de-
vorares, non posses citius pinguescere, & audes
ordinarium victum jactitare. Nam & quotidie
epularis, & ædes infarcis, & census colligis, &
familiam numerosam alis, & superest, quod pro-
digas,

digas, idq; à tenui ſalario. Itaque qui te fu-
rem & furciferum neſcit, eum ego fatuum; qui
tecum participat, eum ſceleſtum; qui te Chri-
ſtianum agnoſcit, eum prophanum; qui te
non ſuſpendit, eum injuſtum credo & pro-
nuncio.

34. OPERARII.

DEcreverat Reſpublica munitiſſimum ali-
quod caſtrum in finibus Felicitatis contra
tenebrarum principes extruere, ſumptibus ad id
ſufficientiſſimis congeſtis. Cumq; id innotuiſ-
ſet, confluxerunt ex terra Sinear varii artifices
homines, qui operam ſuam offerrent. Dabat
Politia fabros lignarios. Curia lapicidas, Philo-
ſophia arcularios, Philologia tectores, Juriſpru-
dentia cæmentarios, Medicina figulos, Theo-
logia vitriarios. Dabat Aula fuſores tormento-
rum, Forum fabros ferrarios, Caſtra fabros ahe-
narios, Civitas laterarios, Officina ſtatuarios:
nec deerat vel varietas, vel numerus ad erigen-
dam memorabilem aliquam ſtructuram. Cæte-
rum cùm jam opus ipſum aggrediundum eſſet,
deerant operarii. Nam quotquot convenerunt,
non aſſueviſſe laboribus dicebant; ſed operarum
fuiſſe præfectos. Unde delineationibus, & ſche-
matis occupabantur iis tam diverſis, tam diffici-
nis, ut temporis nihil fuerit ſatis, eaq; tanto æſti-
mabantur ut theſaurus ille non ſuffecturus cre-
deretur. Tum irritata Reſpublica & deſpera-
bunda: Ite omnes, inquit, in rem peſſimam:
malo quippe operarios centum & Archite-
ctum

tam unum, quàm mille Architectos cum uni-
c operario.

35. PALLAS.

PAllas cùm inter deambulandū, libellum quen-
dam seriò evolveret, literatorem habuit ob-
uum, cui id visum ridiculum, quod armatam
uper conspexisset. Hem, inquit, quid tibi cum
teris & libris? Illa obstupescens barbæ infan-
iam, nunquam sordidius habitæ sunt literæ,
it, quàm apud te; nunquam liberalius, quàm
pud me: tibi enim meri sunt bajuli sive faquini,
ui vocabularia comportent, mihi judices, qui
errena cælicaq; omnia dijudicent. Tum ca-
ula ingenii tui quàm angusta est, quàm curtæ
upellectilis, quàm aranearum telis & pulvere
bsita? Mihi & contemplationis palatium, &
ctionum prædia, & inventionum silvæ sunt,
quibus hospites meos magnificè soleo excipere.
i nescis aut dubitas, quære ex Scaligeris, Dou-
is, Ranzoviis, Huttonis, Braheis, Mornæis,
Thuanis, Welsaris, Enenckeliis, quos è magno
numero tibi nomino. Reges autem & Princi-
cipes jam omittam, ut interroges, anne apud
me minus lautè vixerint, anne tuam famelicam
morositatem concupiverint? Tu itaq; posthac
ex me disces, Summæ nobilitati cum summa e-
ruditione optimè convenire, ac per multum
interesse, literæ in animam ge-
nerosam, an abjectam
incidant.

36. PAV-

36. PAVPERTAS.

AVtarcia cum ſolenni die donaria amicis diſtribuiſſet, aliis alia, his potentiam, illis ſapientiam, aliquibus vires, multis opes, nonnullis Famam, unam paupertatem viſa eſt diutius ſuſpendiſſe, denique, quod in fundo erat, omne ei adjecit. Quæ illa hilari vultu accipiens, actis pro more gratiis abiit, nec ſua munera oſtendit. Quæſitum inter ſophos, ecquid nacta fuiſſet, alii opificium, alii laborem, alii ſpem, divinavere. Sed illa ſolito hilarior & ſecurior facilè has conjecturas eluſit. Ambulabat enim ſecurè per ſacra prophanaq; conclavia, & nullius ceremoniis ſumptibus nullis aſtringebatur. Deinde menſa adhibita, omnia avidè & cum voluptate depaſcebat, nulla ſuperſtitioſa civilitate impedita. Deniq; vitæ dimidium requieſcebat ſomno tanta confidentia captato, tanta perennitate traducto, ut Mundi hujus anxiis & ſcrupuloſis fuerit miraculo. Hæc ubi Socrates curioſè annotaſſet, nonne colligitis paupertati libertatem, appetitum & ſomnum dono data eſſe? quæ quia nobis deſunt. inter mera vincula, nauſeam & vigilias vivendum eſt.

37. PEREGRINATIO.

PEregrinatio, quod mirè orbis terreni intuitu eſſet accenſa, nihil prius habuit, quàm iter aliquod cyclicum inſtituere. Id audientes Chriſtophorus Columbus, Americus Veſpucius, Ferdinandus Magellanus, Franciſcus Draco,

Thomas

Tomas Candisius, Olivarius Anortius, tum Sebastianus Delcanus, Franciscus Piccarus, Ferdin. Alanagrus. Hugo Villobeius, & alii orbis inventores, expugnatoresq; experti viarum tædia & pericula, id unum egere, ut à stolido proposito averterent: Esse quippe jam omnia cùm literis, tum pictura prodita, neq; tantum differre Novum à Veteri mundo, ut insanis sumptibus, & animæ dispendio sint conferenda. Illa verò hanc humani ingenii excellentiam eos invidere, & orbis pulcherrimi integram imaginem supprimere velle rata, quàm primum Phantasiæ nave conscensa æquor tentavit, emensisq; Oceani latissimis, infidissimisq; spatiis, terram Australem hactenus incognitam appulit. Ibi reperta Crapula & Hambronia, yuronia, Setenea, Viraginia, & Nabalonia, Moronia, Guotiseaphta, Lavernia & Suffrinia, terris populosissimis, & ad Europæ modum, legibus, consuetudinibus, moribus, ceremoniis, cultuq; institutis, cùm tam difficilimæ indagationis pæniteret, & neglectorum monitorum puderet. Lacera tandem nave in Patriam rediit, hac una confessione carè empta, Mundum quidem nō plane alterum & eundem, nuspiā tamen bonum esse.

38. *PRACTICA.*

PRactica cum bono publico bellum post simulatam diu amicitiam, indixisset, milites non quotquot confluebant, sed arcano delectu conscribebat. Nec enim animosus quisquam, sed subdolus: non sonorus, sed sibilans;

non erectus, ſed repens, & uno verbo, abjectiſſimi pectoris quiſq; admittebatur. Quæſitum ex illis in tenebroſâ caveâ: An ſcirent immunitatibus ſubditorum quintam eſſentiam extrahere, an ollas ſacras deſpumare, an ex peccatis pinguiorum aurum tacitè conflare, an liberas Civium alas proditionis viſco illinire, an inventiones prodigalitatis ſuppeditare, an cuprum album, pro argento expendere, an loquaculis os obſtruere, an voluntatis Divinæ vinum cum Mundi conſuetudinum aquâ diluere; denique, an ſupremum judicium declinare poſſent? Quales cùm opinione plures in cryptâ illâ approbati & bonæ gratiæ ſacramento armati, tum ſigilli teſtimonio honorati eſſent, quæſita ab intimis Practica, ubi aciem inſtruere, & explicare phalangem vellet, riſit illa intimè, &, ſatis mihi eſto, ait ſingulos & ſeparatos in officiorum diverſorum ſtatione ſtare.

39. *PRAEBENDA.*

VAcabat olim pinguis aliqua præbenda: quod ut, nondum frigido cadavere, innotuit, plurimos, peſſimo exemplo, excitavit. Accurrit primus cum munuſculis, & emptam voluit: Alius quod Diœceſeos Metropoli hactenus ſerviiſſet, eam ſibi deberi credidit. Tertius præclari generis ſpem in Parentes cognatoſq; ſuos poſuit. Quartus ſecretum aliquod Chymicum, quod aperire vellet, jactitavit. Quintus interceſſionem tum aliorum, tum ipſius loci attulit. Sextus pupillus Patri ſuccedere

dere

ere & suorum pauperiem sublevare voluit Se-
ptimus jam diu promissis lactatus, & domesticâ
angustiâ pressus se tandem exaudiri petiit. Octa-
vus eruditióne pollens, locum, ubi se explicet,
exposcit. Nonus ex conjugio affinis, Uxorem
legatam misit. Decimus, alibi profugus, Exi-
lii miseriam interposuit. Undecimus commu-
tationem obtulit, quod cum suis sibi minus be-
ne conveniret. Duodecimus haud comparuit
ipse, nec operam obtulit; sed ab aliis laudatus,
quod vigilanter, patienter, laboriosè, sobriè,
fervidè & liberaliter gregem Christi jam multis
annis rexisset, familiæ suæ honestè præfuisset,
illicitas usuras, & infames negotiationes abhor-
ruisset, indeq; famâ, quàm nummis; cruce,
quàm argenteis poculis esset opulentior, atque
huic Divina Vocatio Ecclesiam Dei cum bene-
dictionis voto commisit. Quod ut publica-
tum est, quidam obstupescens: Nunc tandem
juvat Deo integro corde servire.

40. PROSCRIPTUS.

Erat ex malè contentorum castris aliquid li-
berius emissum, quo de soluto iniquius sti-
pendio de Ducum & præfectorum malignitate,
de dissolutionis deformitate, & gregarii mi-
litis erubescendâ conditione, querelæ conti-
nebantur in consilio æquanimorum discutien-
dæ. Ea res mali exempli credita, & non tam re-
monstrantium multitudo, quàm belli scri-
ptor exosus, indeq; curiosè inquisitus cùm nus-
piam proderetur, pretium capiti, qui vivum aut

mortuum afferret, est impositum; Proscriptio etiam dira & tragica undiq; affixa, ut detestabilis & humani generis pernicies, disciplinæq; omnis dissolutor haberetur. At Philippus Marnipius, Aldegondiæ Dominus, hanc inclementiam improbavit, & ad impatientes Veritatis conversus: Quæ hæc, inquit æquitas est, Publicam vocem, privata colloquia, singulorum querelas, deniq; ipsam rei evidentiam, & vestram conscientiam, & æquissimorum murmur, uni imputari. Vicit Aldegondius, & suspicionis inquisitionem impedivit.

41. *RELIGIO.*

EXultabat Religio ob senium suum, & artus suos etiamnum vegetos, faciem nondum rugosam ostendebat. Tum Devotio fortè prætereiens, cum esset ex animo gratulata: Est equidem mea soror, quod gaudeas; est etiam, quod tristeris. Nam post tot hostiles conatus te superesse, id mirum, esse verò te ejus, ut quondam vivacitatis id noli tibi credere. Tunc enim poteras increpare magnates, qui id nunc minime ferunt, & alere egenos, qui nunc esuriunt, & dare leges, quæ jam sordidissimo quiq; excutit, & imperare Philosophiæ, quæ nunc dominium affectat & commovere plebem, quæ nunc obriguit, & repræsentare Deum, cujus nunc vix reverentia superest; & debellare Satanam, cujus satellis omnia sunt plena. Suspiravit ad hæc Religio, &, mea Soror ait, quàm me dejecisti? Tum Devotio: confide, & repete, quantula ante cen-

centenos annos fueris, quanta brevi à Deo facta sis; qui idem si pristinas illas vires, quod facilè potest, reddiderit, tum demum seriò in Domino exultabimus.

42. SECTAE.

Doluit Ecclesiæ, inter tantas AntiChristi insidias ac vires ingenia fratrum contra se mutuo facilimè incitari, & crescentibus odiis in infausta Philippistarum, Majoristarum, Antinomorum, Flaccianorum, Ubiquitistarum, Brentianorum, Ossiàndrinorum, Sturmianorum, Huberianorum, Schekianorum, discindi, populo hinc inde magna offensione distracto. Itaque negotium dedit Georgio Cassandro, Philippo Melanchthoni, Martino Bucero, & Jacobo Andreæ, viris eruditis, & moderatis, ut convocatis partibus, quæ dubia, explicarent, quæ dura, mitigarent, quæ insolida, corrigerent: quæ odiosa, sepelirent. Paruerunt illi, & insigni patientiâ clamores utrinque & jurgia audiverunt: at cùm reconciliandi essent, & utrinque quædam dimittenda, mirum dictu, quàm acerbè singuli propè in Pacificatores insurrexerint. Ac tum patuit, Ambitionis potius, & eruditionis certamina esse, quam Religionis, & appellationes istas non tam quæri, quam imponi, quæ primùm duræ, pòst, cum applausum impetrarunt, gloriosæ habeantur. Ita cum frustra dirigendis capitibus laborarent, id tandem effectum, ut qui-

bus modestia cum pietate curæ esset, sub verbi Dei Concordiæ formulâ convenirent.

43. SINGVLARIS.

INdulgentia, fœmina superstitiosa, puellum pepererat, quem Singularem appellari voluit. Eum cùm Quinta essentia ablactasset, & novis machinis docuisset ingredi, Voluit supra communem Mortalitatis sortem & educatum & institutum. Itaque conductus coquus, qui ex meris destillatis cibos pararet; tum morum Magister qui ex Microcosmo, & arcanis Rerumpublicarum puerum formaret; & Præceptor sive à literis, qui novis præceptis, novâ methodo, & per abbreviaturas, tum imagines erudiret; & Mysta qui per revelationes atque Prophetias ad Divinam conversationem elevaret: denique additus confabulator, qui per otium Mundi ceremoniarum & humanæ fabulæ gestuum commonefaceret. Et hactenus quidem montes parturiebant. Cæterùm cum jam in Reipublicæ lucem illa perfectionis Idea producenda esset, erepit animalculum corpore Sphinx, oculis noctuæ, gestibus Simiæ, lingua Psittaci, corde leporis, auriculis asini. Risit Plurale, ut vidit, &, Quàm, inquit, præstitisset, hunc inter meos fuisse factum hominem?

44. TALIO

44. TALIO.

Lis inter fucos & ſcarabeos his diebus acriter agitata eſt. Fuci querebantur pulſos ſe violenter alveis, quos aliquot centum annis pacificè poſſederint. Scarabei ignavum pecus accuſabant, quod flores depaverit, melle ſit luxuriatum nullo ſuo labore, nullo aliorum uſu, & murmure fuiſſe vicinitati moleſtum, aculeis formidabile. Quæſiti fuci, quando, à quibus & quo jure alveos acceperint, reſponderunt, multis retro ſeculis inhabitaſſe apes, imbecille inſecti genus, & laborum ſtrepitu intolerabile. Id jure belli, & compoſitione expulſum locum dediſſe fucis uſq; ad Scarabæorum violentiam. Tum ſcarabei: Laudamus, inquiunt, confeſſionem veſtram, nempe nos apum innocentiam & injuriam vindicavimus. Ergò ne, ſubjiciebant inquiſitores, ad Apes rediit alveorum poſſeſſio, & mella ſunt reſtituta? Haud ita, reſpondent Sacrabei: ſed hoc laborum & reformationis eſt pretium, ut, quod iniquæ prædæ repertum eſt, nobis cedat. Tum ſenior quidam: Hoc vobis, inquit, affirmo, non defuturos aliquando veſtræ reformationis reformatores.

45. THRASO.

VEnerat in forum ſumptuoſus Agyrta, & magno tubicinum clangore ad contemplandas & emendas admirabiles medicinas ſuas homines convocaverat. Erant autem pictæ

pyxides cum speciosissimis titulis, Christiano-cabalicum, Divino-Magicum, Phicochymicum, Tertriunum Catholicon, Hallelui-Iah, Chaos Magnesiæ, Pyramis Triumphalis, bonum Macrocosmicon, Arx primaterialis, Antrum Naturæ, Gymnasium Universale, Porta Sapientiæ, Speculum legis, Oratoriolaboratorium, rejectio binarii, & similia Orbimperiportendificuncta, undiquoquoversum bombitaratantarantia, verbocinatoria, &c. Quæ cùm multos allicerent, nummosq; elicerent, quod plurima pollicerentur, tamen quibuscunque vendiderat graviter injunxit, neutiquam aperirent: Esse enim hanc mysticam Catholici vim, ut clausum per transpirationem operetur, ad apertum expiret. Non cohibuit tamen curiosum unum & alterum, qui cum capitis, ut ille ajebat, & sumptuum dispendio pyxidem suam aperiret. Eam plane vacuam, nec ullius medicinæ vestigia reperit, itaque in forum recurrens, & de fraude expostulans, mox emptoribus reliquis, ut suas inspicerent, animatis, deprehenso ubique dolo, & clamore in impostorem suborto, ille nihil commotus. Hoc, inquit, secretorum secretissimum est, res meas nisi filiis disciplinæ invisibiles esse, tactiles ex millibus vix uni.

46. TRIVMPHVS.

OPeræ pretium est scire, quo triumpho Tyrannus post devictos innocentes urbem Babylonem ingressus sit. Dies erat homicidio sacra,

cra, cùm obviam proceſſit Politicorum turba
rætextata, prælatis Druidum, & Aſſaſſinorum
maginibus. Tum primùm advenere noctis
anbartholomæanæ, concionis vaſſiacenæ, ſpe-
taculi Valedolienſis ſpecies contis elevatæ &
Pegmata Albani prægeſta. Dein ſpolia inno-
entum, conſcientia, ſacramenta, verbum, &
aſa innocuo cruore plena oſtentata. Mox An-
ichriſti dona, & infernales Coronæ ſublimes
monſtratæ. Pòſt acti obvium greges, & co-
umbarum caveæ prælatæ. Subſequebantur hi-
ſtoriarum tubicines & munumentorum tympa-
na, magno ſtrepitu mendacium reſonantes.
Tunc animoſi Leones, pervigiles canes, labo-
rioſi tauri, obſequentes equi Deæ Meticuloſita-
ti immolandi adducebantur. Exinde de tyran-
nide optimè meriti, Cordubenſes, Lotharingi,
Atrebatenſes, & magno numero alii truculento
vultu ſe ingerebant, minio picti: poſt quas tra-
hebantur captivi bini & bini, Devotio cum ju-
dicio, Libertas cum honeſtate, victus cum æ-
qualitate, Scientia cum liberalitate. Inde ince-
debant victoris honorati Ratio ſtatus, Intereſ-
ſe, Exlex, voluntas, conſuetudo, Vis, purpurati
omnes, & buxo coronati. Succedebant adula-
torum, Lenonum, artificum cytharœdi, ac mox
ſervitii, atq; conſenſus lictores. Ipſe demum
immanis & multimembris Princeps humano
ſanguine ebrius, toga Atheiſmi amictus, æter-
nâ infamiâ coronatus, ſublimi buſto inſidens à
tigridibus vehebatur, circumfuſus publico
odio, mandatis, proſcriptionibus, exactioni-

 bus;

bus: quem ſequebantur fraudum, inventionum, ſimulationum hypocriſeos liberti. Quo ordine cum in Crudelitatis Capitolium aſcendiſſet, miſſilibus licentiæ & libidinis undique projectis, & acclamationibus hæreſeon exceptis, ſacrificio Martyrii peracto, & Epulo prædarum exhibito nefandus ille triumphus finitus eſt.

47. *TYPOGRAPHIA.*

IAm diu conqueſta erat tota vicinitas, Typographiam ædibus ſuis alere inutile & peſtilens ex otioſis, nugivendis, curioſis, hæreticis, Machiavelliſtis contubernium: id quia & urbi indecorum, ita non abſq; periculo & proditionis metu eſſe. At Typographia, quod Urbis tum ſacros, tum prophanos Principes convivas identidem haberet, & ex variis terræ partibus hoſpites exciperet, prævalebat gratiâ, & facilè hos ſuſurros neglexerat: Orabat autem interdum vicinos, non ſuccenſerent ipſi, aut imputarent, ſi inter tot bonos aliqui mali ex fece hominum attrahentur. Sed non evitavit, quin publicè fuerit reſpondendum. Itaque ſe excuſare, vel emendare, cujus accuſaretur, juſſa: Excuſare me poterant, inquit, tot in urbem noſtram merita, ut, quando ea vileſcunt, nihil eſt quàm emendatum hoc, quicquid eſt, velim, faciamq; id lubens, cùm Aulam abſq; equiſonibus, & caſtra abſq; proſtibulis, & Curiam abſq; munuſculis, & Academiam abſq; fabulis, & Civitatem abſq; diſſolutis, & rus abſq; fraudibus videro. Ita bona cum venia domum rediit.

48. VIRGINITAS.

SAnctus quidam Pater tale quid commentus est, Diabolum quadam die cogitasse de uxore ducendâ, & filiabus procreandis, quas maritaret, ut elatos & malos homines ita secum ad inferos detraheret. Duxit ergo injustitiam, ac filias 7. genuit. Prima Arrogantia erat, quam maritavit Nobilibus & magnis hominibus. Secunda, Avaritia & sordes, quam vulgò maritam dedit. Tertia Falsitas & fraus, quam agricolis conjunxit. Quarta Invidia & Æmulatio: eam opificibus uxorem dedit. Quinta Hypocrisis erat, & cum Ecclesiasticis eam vivere voluit. Sexta Elatio & Superbia: hanc & ad fœmineum sexum amandavit. Septima Scortatio erat: eam nemini uni collocare voluit; sed domi suæ vivere, & esse meretricem, ut, quicunq; hominum eum appeteret, ibi inveniret. Tum juvenum quidam: Hîc demum præstabit, cælibem esse, neq; cum fæminis pollui; sed illibatam servare Agno virginitatem, ac sequi, quocunq; vadat.

49. VIRTUS GERMANA.

NObilis quidam, ex Majorum pietate, disciplinâ & Oeconomia, divitiis passim celebris, paucis annis res suas decoxerat. Cumq; iret mendicatum, in Germanam virtutem fortè incidit. Ea accuratius hominem intuita: Nonne tu, inquit, Pandorus ille es, quo vix terra nostra habuit feliciorem? Ille, *Fuimus* respondit, *Trois*. Tum hæc: Ecquis te, ait,

perdidit? Nec enim vel hæresis, vel Mars, vel Erinnys, vel sterilitas, quod quidem audiverim, populavere? At ille cum rubore: Amicorum, respondit, conciliabulum, institor, coquus, Ludio, artifex, Guatho, ac nescio quis alius. Sed virtus: Anne tibi, ait, Materfamilias fuit, an monitores, an liberi sunt? Utiq;, inquit hic: sed illius parsimoniam sprevi, horum consilia subaudivi, liberorum salutem neglexi. At erat, inquit Virtus, quod amiculis tuis dares, & supererant, si rectè opes tuas computavi? Vah nescis tu, respondit Pandorus, quam carè hodie vivatur, postquam exoticis utendum est? Tunc Germana virtus excandescens: Cato, inquit, pessimam Rempublicam dixit, ubi piscis carius veniret, quàm taurus: at nunc si pretia rerum cum antiquis conferas, si luxum præsentem cum parsimonia veterum, non mirum est, multos exarescere, hoc potius mirum, aliquos frondescere posse.

50. ZODIACVS VITAE.

EXoraverat Christianus Justitiæ Solem, ut, dum Orbem Ecclesiæ circumiret, comitem se in viæ beatæ Eclipticâ admitteret. Cumq; irent, primùm inciderunt in *Arietem Liberalitatis*, cujus vellus & ipsi sufficiebat, & lanam cum proximo communicabat: Dein in *Taurum Laboris*, cujus ministerio functionis terra oraretur; Mox in *Geminos Charitatis*, qua conversatio vitæ redderetur tranquilla; inde in *Cancrum Resipiscentiæ*, qui retrogredi pecca-

peccatores & incrustare molles doceret; Post Leonem fidei, cujus robore & magnanimitate præsentia frangerentur, Proxime in *virginem* probata & casta vita, quæ moribus imperaret: porrò in *Libram* Æquanimitatis, quo judicium dorsum formaretur: Ultrà in *Scorpium* Antidoti contra venena & ictus Mundi; insuper in *Sagittarium*, qui ad Cœli scopum cordis orisque sagittis collimaret: postea in *Capricorum* resistentiæ & luctæ carnalis, qua miles Dei armaretur: Paulò pòst in *Aquarium*, cujus sacro liquore universum vitæ curriculum à sordibus humanis ablueretur. Denique in *Pisces*, mundani maris incolas, quæ inter tot cetuum & luporum rictus, declinandi ambages, & securitatis littora edocerent. Hæc cùm vidisset Christianus, & exoptato spectaculo esset abreptus, dedignatus Terram: O Sol meus, dixit, utinam sic ætatem meam tecum terras ambire liceat!



APOLOGORUM CHRISTIANORUM Manipulus Sextus.

Seneca.

Rem dicam ex qua mores æstimas nostros: vix invenies, qui poßit aperto ostio vivere. Ianitores conscientia nostra, non superbia opposuit. Sic vivimus, ut deprehendi sit, subitò aspici. Quid autem prodest recondere se, & oculos hominum, auresq; vitare? Bona conscientia turbam aduocat, mala etiam in solitudine anxia & solicita est. Si honesta sunt quæ facis, omnes sciant: si turpia quid refert neminem scire cum tu scias; O te miserum si contemnis hunc testem.

I. ACADEMIA.



UM *Respublica* in *Academiam* ... per incidisset, commoto vultu ... minitabunda sic est eam allocu... Egregium verò tu mihi Magistru... submisisti, cui res meas curandas committere... cùm rubore respondens Academia: Bona verb... inquit: nempe qui tibi serviant, posthac Prom... theus finget, aut Vulcanus fabricabit, aut Jup... ter cerebro concipiet. Sed Respublica vix ab i... juria sibi temperans: Hem eruditionis idean... ait. Jussi Philosophum tuum numerare, no... potuit: jussi mensurare, non potuit: jussi pond... rare, non potuit: jussi ratiocinari, non potuit: ju... tandem legere ac scribere, non potuit, deniqu... fassus est nescire cœlum, & ignorare terram. Pe... simo equidem fato, respõdit Academia, in hun... incidisti, cùm centum alii tibi egregiè satisfeci... sẽt. Nempe diplomati credidi, subjecit illa, quo... Magistrum testabatur. Aberrasti, mea Respubl... ca, inquit Academia: nam ut fortunæ muner... ita eruditionis testimonia missilia sunt. Tur... illà in cachinnum soluta: Hæc jam primùm, in... fit, disco, post decem studiorum annos, & sum... ptuum talentum, & lectionũ struem, & testimo... nii sacramentum, & renunciationis strepitus, & togæ Philosophicę venerabilitatem quęrendum ex tuis, an aliquid didicerint. At Academia hila... rior facta: Quid mirum, inquit, cum vendo Ma... gistro...

gtros Doctoresvé, esse aliquos, quos dono
em in auctuarium? Hæc verò auctuaria, re-
ondit illa, non minoris veneunt. Itaque arca-
um aliquod tuum subesse oportet. Habent
nim illi tui hoc cum DEO commune, quòd
on, quid sint, sed quid non sint, definiri possint.

2. ARMINIVS.

Ac. *Arminius*, homo integer, urbana pertæ-
sus, prædiolum sibi in Philanthropiæ Divinæ a
ris exstruxerat, ad quem confluebant amici, fal
endi temporis animo. Id ægrè intuita *Invidia*,
t nescio quæ, conventicula suspicata, impetra-
it ab *Importunnitate*, eâ re ut civibus interdice-
etur. At illi sæpius etiam & numerosiùs excur-
ere, denique ædes suas Arminii prædio addere,
c villam non contemnendam facere non sunt
eriti. Id exemplum secuti mox plures alii. Opi-
ione citiùs oppidum succrevit: quod in securi-
atem muro & fossis fuit muniendum. Conspica-
us novam urbem suam Arminius, & admiratus:
Testor DEUM, inquit, nunquam tale quid mi-
hi in mentem venisse: sed gratias agamus *Impor-
tunitati*, quæ, ut olim Reuchlinum, Erasmum,
Lutherum, & alios athletas stimulavit, & ad fa-
stigia rerum evexit; ita nobis intempestivo &
cæco zelo hanc novæ civitatis necessitatem in-
tulit, ubi *de Divinâ in nos Voluntate* mitio-
ra, & Scripturæ analoga magis exau-
dire valeamus.

3. ATHE-

3 ATHEISMUS.

A*Theismus*, cui igni atque aquâ interdictu credebatur, nuper deprehensus regio planè amictu & phaleratus, atque à *Simplicitate*, interrogatus: Qua fiducia auderet lucem intueri Deo hominibusque invisus? respondit publica approbatione. Quid enim porrò lateat, qui tot mun sculis quotidie ditescat. Accipere enim ab au crapulam & blasphemiam, à curia dolos & avaritiam, ab Ecclesia somnum, & consensum, Academia mendacium & vanitatem, à foro scum & disparitatem, à nobilitate insolentia & licentiam, à plebe libidinem & stuporem, omnibus larvam & ventrem, atque sic ingen contrà DEUM, contra Scripturam, contra animam, contra naturam opes colligere: ut metuendum non sit, ut legibus illis frigidissim adhibitis expellatur. Hæc ut audiit *Simplicitas*, ingemuit: & O tolerabilia illa tempora, cù mussitaret id *Impietas*, quod jam pleno o ejecit!

4. BARBARIES.

IRritaverat aliquis *Barbariem*: illa sumpto v nenato stilo sui encomium coacervavit, & R torsionem inscripsit, rata sub muta concertatio ne posse inclarescere. Sed cùm & inimicus mon strum dedignaretur, & amicorum ejus pudere undique neglectum est. Rediit ergo ad matre multum plorans, ac situm olens: quæ, ut vidi dolore convulsa, Abi, inquit, filiole, ad ped

cul

tu, calvitiei, podagræ laudes, & cum iis inter
irenii lusus ævum beatè degitò. Paruit mi-
sus: sed vix pedem ludicrorum ædibus intule-
t, cùm sibilis aculeisque Satyricorum omnia
streperent, ac Diogenes quidem baculo cor-
ito, capitique aliquoties illiso: Quid, tu tetri-
e pecus, & fellis amphora, inter jocos & sales ver
beris? alibi, vel ingenti malo mactabere. Hæc
adiens cùm retro pelleretur: Eheu, inquit, er-
go ego nec amicum habeo, nec inimicū. Cum-
ue ira æstuans & furore cæcus procurrisset, in-
dit in fatalem lapidem, & in terram prolapsus
epuit, nec auditus est aliud moriens proloqui,
uàm *Qualis artifex pereo.*

5. *BILEAMI ASINA.*

Ileami, mali Prophetæ, *Asina* inter cœlestes
imagines locum impetraverat in Cancri side-
e; id haud æquabiliter à literatis acceptum (qui
ost ineptam, an ineptiæ depositionem ab hoc
nimali non secus, ac Judæi à porcis, abhorrent)
t dicteriis est perstrictum, At *Ecclesia*, cùm id
escivisset, mirè in *asinam* propensa: Quas vobis,
nquit, vultis imagines? An Noachi corvum,
iambsonis vulpes, Davidis leonem, Roboami
corpiones, Elisæi ursos, Babelis draconem? Et
æc *asina*, quæ Synagogam & Antichristū invita
ulit cùm Dominū aversari hoc iter, & flam̄am
minitari vidisset, cessit DEO, ob id duriter legib.
& interdictis habita: donec, volente Numine,
lingua soluta, & cæcitas simul ac iniquitas
insessori

insessori exprobrata est. Quid enim non tu
Nónne Ægypti lateres, Babylonis buccinas, R
manorum census, Pontificis bullas, Aristot
retia? ut lapides denique loqui, si parum est
nas, necesse fuerit. Hæc cùm audivissent
ratores, obmutuerunt; at non sine stomac
Tum *Ecclesia*: Heus, quia hæc vocalis *A*
vobis tædio, conducite vobis mutas; sed eâ
ge, quam Fridericus Ænobarbus quondam
victis Mediolanensibus imposuit.

6. CALENDARIVM PERpetuum.

ANNO à deserto DEO 5579. repudiato Chri-
sto 1619. imperante Antichristo, Indictione
decimâ, Aureo numero VIX, Cyclo Solari
nario, litera Dominicali Ah. ad elevationem
bis Babylon Domini anni reperti sunt Tyra
nis & Sophistica. *Anni partes* ambitio, libi
crapula, avaritia, Luminarium defectus, hære
& impietas, Philosophiæ & Barbariei vicissi
do, Bacchanalia dodecamestria, Abelis & Ca
oppositio perpetua, Herodis & Pilati conjunctio
frequens, Trigonus Sathanæ, Mundi & Car
haud rarus, Quadratus Monarchiarum formi
bilis; à capite Draconis multæ minæ, à cau
Jesuiticâ vix minores: pestis voraginis sæva,
mes Verbi DEI dura, bellum lucis & tenebra
funestum, ventus vertiginis insoliti, grandin
persecutionum intolerabiles, siccitates cor
um noxiæ, sterilitas charitatis luctuosa, sanita
spes nulla, morborum examina numerosa, mor
mi-

ministerium assiduum, malorum fodinæ imperscrutabiles, Christianorum robur insuperabile.

7 CATALOGUS HAERETICORUM.

DIebus canicularibus ab amplissimo *Hypocritarum Senatu* decreta est proscriptio & abolitio *librorum Hareticorum*. Itaque prius è ligneo podio ad id in foro erecto *Catalogus librorum prohibitorum* & pestiferorum recitatus: dein, pyra accensa, magno applausu omnes sunt combusti. Fuere autem inter illos, quantum memoriæ subvenit, *De rationibus* Principum DEO *reddendis*, *De elusione consiliorum Achitophelis*, *De immanitate maledictionum Rabsacis*, *De contentiosis revelationibus Doegi*, *De sublimatione Hamani*, De *loquacitate Iohannis Baptistæ*, *De lapideis argumentis contra Stephanum*, *De pollutditate & colliquescentiâ Hypocritarum*, *De connubio fidei & charitatis*, *De æqualitate Christianorum honorum & bonorum*, *De bono paupertatis Christi*, *De Studiosorum sumptibus defalcantis*, *De æstimatione humani sanguinis & sudoris*, *De Medicina laboriosæ temperantiæ*, *De curriculo & lucta Ecclesiæ*, *De lubricitate & erroribus humanæ rationis*, *De neglectu verarum scientiarum*, *De amphitheatro humanæ fabulæ*, *De stratagematibus Antichristi*, &c qui omnes, quòd paradoxi essent, & methodo carerent, aboliti sunt. Cùm quidam astans, qui fortè Biblia in sinu gerebat: Quin etiam hæc comburunt? inquit; ex

ex quibus talia ingrata omnia & inviſa hau
ſunt.

8. CIVILITAS.

AUdierat *Civilitas Ruſticum*, innoxiis ma
bus ad cœlos ſublatis, voventem: *O DEV,
tolle me mihi, da me tibi; da te mihi, tolle me ti*
Tum propius accedens: Non te pudet, inqu
inſulſe, DEUM, ſupremum illum Monarcha
tam inurbanè alloqui? Quomodo ergo? reſpo
dit *Ruſticus*. Et *Civilitas*: Nonné DEUM ſing
lari numero compellaſti, ait, quaſi tui alique
Da, Tolle? Et *Ruſticus*: nempe ſic edoctus ſum
Pater noſter nobis Chriſtus præſcripſit. Vah in
ptule! ait ille: illo tempore ita quidem liceb
nunc ut alia ſunt ſecula; ita decoris alia obſer
tio. Nam & Regibus, & ſummis viris non is tu
honos habebatur, qui nunc ſcribis, & famulis
mulionibus. Itaq; injurius in Deum maximè
ſi honores ejus poſt omnium hominum reve
tiam velis intermiſſos. Sed *Ruſticus*: DEUM,
quit, dum vixero, humiliter honorabo, nec
men *Pater noſter* unquam mutavero. Quod
Civilitatem tuam attinet, longo uſu didici, po
quam ſingularis fides, ſingularis clementia, ſ
gularis dignitas, ſingularis excellentia, ſingu
ris generoſitas, ſingularis reverentia, ſingula
nobilitas, ſingularis humanitas deſierunt,
multas quidem & plures numero ſuſ-
ceſſiſſe minutas, nullas
notabiles.

9. CO

9. CONSVETVDO.

Onsuetudo, cùm in fidem sub juramenti sacra
mento plurimos acciperet, magno id egit
o, & fronte planè corrugata. Jurabant *sacri*,
i puritatem, vitæ exemplum: jurabant *justi*,
cii æqualitatem, munerum nauseam; *Vigiles*
rtatis curam, luxus odium; *Sapientes* scien-
um fodinas, otii exilium; *Historici* juventu-
æstimationem, posteritatis usum; *Politici*,
imi selectum, pessimi proscriptionem; *Labo-
tes* vitę commoda, curiositatis contemptum;
lieres obedientiæ delitias, linguæ silentium;
Et res habebatur momenti maximi, tranquil
tis perfectissimæ. Inter eos verò *Simplicius*
dam in id juraverat, nolle se ferre Divini Ver-
contemptum, vitiorum torrentes, DEI bla-
emiam, deniq; etiam salarii sui diminutionẽ.
postremum cùm arctiùs adhæsisset, & primùm
nium Quæstorum improbitati ac duritiei oc
rreret, ille sacramenti nimium observans ad
gislatores suos recurrit, &, quàm iniquè habe
ur, multis verbis est conquestus, nullo dubio
nc violationem suæ integritatis magna seve-
ate vindicandam. At illi, cum risu propè corru-
ent: Credidistiné, inquiunt, ineptule, hanc rem
iò agi?

10. DIPLOIS.

Ypocrita, cùm in tabernam vestiariam descẽ-
disset, petiit palliũ: qualia cùm multa essent,
lata, nullum placuit. Volebat autem ejusmodi,
quod

quod ex uno eodemq; panno una parte album altera nigrum esset, & utraque posset circumvolui. Admiratus *institor*, quid sibi vellet hæc Vertumni vestis, & virum bonum ex facie & mansuetudine judicans: Quis ille, ô bone, ait, qui tu nius vestis vicissitudines quærit? Tum hic leniter & capite demisso arridens: Simplicissime homo, nescis, quo ævo; inter quos degas? Nam eodem vultu esse volueris, periisti. Nescis tu aliud pallium sumendum pro sugestu, aliud extra Ecclesiam? & aliud in curia, aliud extra cancellos? & aliud ad pulpitum, aliud extra auditorium? & aliud in ædibus, aliud extra focos? denique, prout in hominem incideris, vertendum esse pallium? Nisi enim eodem ore orare & blasphemare, eadem bucca buccinare & sibilare, eadem lingua lingere & pungere, eodem spiritu spirare & respirare possis, nullus his quidem terris tui usus est. Tum institor, vir candidus: Quod si te atrum, inquit, Diabolus abripiat, ec quis albedinis erit usus?

II. DISSIMVLATIO.

PRæviderant loci alicujus *Astrologi*, magnam imminere patriæ suæ *rationis perturbationem* ex infelici astrorum concursu vel inauspicata constellatione: itaque, inde discedentes eodem consilio sibi sanam mentem servare, & afflictis civibus reddere sunt conati. Nam cùm præteriisset Planetarum vis stultifica, reversi sapientes exactissimis præceptis pristinos rationabiles mores, consuetudines, habitus, victus, studiaq;

[ev]ocare, & sanare fanaticos homines satégere: [i]lli tanto furore contrà insurrexere, ut *sapientes* vix vita superfuerit, nec aliâ conditione, [qua]m ut *stultorum* mores exactè imitarentur. [I]nde sapientiam suam occultare, nec, nisi clan[cul]um, inter se de ea conferre; foris verò ap[pla]udere, tripudiare, nugari, & stultissimo cui[qu]e velut Reipublicæ primario, sese submittere, [e]isdemque actiones omnes ineptissimas pleno [or]e collaudare habuerunt necesse.

12. *EXCOMMVNICATIO.*

[E]*xcommunicatio*, quæ in Ecclesiæ terra censo[ri]s soris officium gesserat, Regibus quondam for[m]idabilis, cum rigidiùs aliquoties, quàm par e[ra]t, egisset, increpata, paulò pòst plerisq; habita [es]t despicatui: unde, introducta dissolutione, bla[sph]emare, mœchari, inebriari, deprædari impunè [li]cebat, nec quicquam inclamante & exprobran[te] Excommunicatione: Et jus civitatis Christiá[n]æ promiscue dabatur, quicunque nomen civis [pr]ofiteretur. quãtumvis legibus omnibus oppo[si]tus. Si quem forte carceribus cohercere cona[b]atur, vel effractis repagulis, vel ereptâ vel deni[q]ue surrepta clave, facile liberabatur. Itaque ad [S]yncretismum re delatâ, cùm illa imminutam suã [a]utoritatém, prostitutum clavigeræ munus con[q]uereretur; hi fœminam morosam, scrupulosã, [a]c moræ omnis impatientem accusarent, minas [e]tiam, nisi cohiberetur, adderent: judices veriti, [n]e salva *Excommunicatione*, cives plerique vel [i]nsurgerent, vel aufugerent, re omni pensitata,

O decre-

decreverunt, videri è re civitatis, ut, retento ſ
rio, unicam ſyllabam nominis dimitteret, & p
hac cum civibus *communi. aret.*

13. *FRATERNITAS.*

F*R aternitas* illa admirabilis, quæ per Eur
Comœdias agere ſolet, cum Eleutheropol
nuper, invito etiam *Libavio*, ſe contuliſſet. ac
more, per plateas inflatis buccinis, ſpectato
convocaſſet, multos equidem excitavit, & va
ſortis; primùm quidem *bonos* aliquos, qui, *σφ*
ματα humanæ fabulæ annotantes ac pertæſi, a
quod lenimentum quæſivere. Dein *decoctores*
ve eruditionis ſive nummorum, ut ſuæ miſer
ſolatium acciperent. Poſtea infelices *Chymic*
qui Naturã omnem fodicãtes, nec niſi lippien
& claudicantes redditi, hic ſuave aliquod ſo
nium ſibi conciliare ſategére. Sed & *Podagr*
& deſperatorum morborum alii, temporis & d
lorum fallimendum ſunt aucupati. Deniq
impoſtores quàm plurimi, quibus is unicus fin
ut confictis monſtroſiſſimis ænigmatibus, ſim
lata arcanorum poſſeſſione, jactitata Naturæ i
terpretatione, emẽtito ſilentii, temperantiæ, o
ſcuritatis ſacramento, Magnatum aures circu
ſonare, atque hinc aurum aliquod potabile co
ficere poſſint.

14. *GNATHO.*

RES ludicra accidit. *Gnatho* in *Momum* incid
homo tetricus in feſtivum, quem ut vidit, e
palluit, &, Tu, inquit, quid *cornicum* oculos co
sig

-s, & omnia carpis? Tum hic: Mallem, ait, -migerûm dixisses: nec enim auceps ego sum, -de subsequa, nisi vis mulionem. Vah, asine, mi -ter, respondit ille, nescis, quàm te unum in-aaris, te ipsum depinxeris carbone tuo, tuam -citiam prodideris. Tum *Momus*, magno -chinno: Quid tu ergo irasceris, inquit, ob -ram injuriam? Sed quia Dialecticus es, solve -mihi: *Si* mea culpa unius est, quid id ad te? Si -ei, quid id ad me? *Si* nostra, quid id ad alios? -Si aliorum, quid id ad nos? *Si* aliquorum, quid -id ad cæteros? Si cæterorum, quid id ad aliquos? -omnium, quid id ad paucos? Si paucorum, -quid id ad omnes? Sed ille, vultu averso? Rhe-tor sum inquit, non Dialecticus. Dic ergo re-spondit alter, an *viri boni dicendique* sit subtice-re verum, proloqui mendacium? Nescis, tu fa-tue, subjecit ille, prudentis esse, nevos tegere, do-tes extollere, & commodis verbis rerum aspe-ritatem perpolire? Tum abiens *Momus*, ne ir-ritaret hominem; Hæc commoda verba, inquit, -ventus posthac ex te discet, & Nomenclato-ribus inseret: Atheus ein Christ, Asinus ein Ar-tist/ Beanus ein Gelehrter/ Animadvertēs ein Ver-rter/ Corniger ein Gefreiter/ Gnatho ein Vber-reuter.

15. HERACLITUS.

Democritus & Heraclitus, cùm uterq; diver-sa licet via, ad *Contemplationis* templum pro-perasset, in medio fani convenerunt: qui cum

ſacra ſua peregiſſent, domum reverſuri: Qu
frater, inquit Democritus, te affligis od hum
vitæ cœcitatem? Nempe hoc humanum eſt,
ſpondit ille, condolere homini tot modis & t
topere laboranti. Sic enim optimus quiſque
blicum luctum luxit, & lachrimas ſuas ejula
bus addidit. Tum alter: Nimis tu mihi vid
æſtimare res humanas, & lachrimis dignas
judicare. Ego verò tam viles & ſordidas re
rio, ac in tanta cunctorum geſticulatione ridi
las, ut prævalere ſtultitiam noſtram miſeriæ o
mino arbitrer. Nam quæ hujus orbis maxi
ſunt, honor, opes, & voluptas, mera inſania
ludibrio conſtant. Eſt ita, ut dicis, reſpon
Heraclitus: ſed inter noſtra ludicra tot pati
ſeros, nónne miſerandum? Unde hæc mihi ſ
tentia ſedet: DEUM potiùs res noſtras miſe
ri, quàm ridere. Nam & Chriſtus fleviſſe aliqu
ties legitur, riſiſſe nunquam.

16. HERCVLES.

HErcules, cùm terras reviſeret, tria efferati
ma & pernicioſiſſima monſtra reperit, T
nidem, Sophiſticã, & Hypocriſin; quæ Poten
Scientiæ. & Amoris loco imperiũ occupavera
Ea cùm debellanda ſibi omnino ſciret, & a
mum ſponte vireſque offerret, ac jam variis n
nutioribus beſtiis, quas illa trima mala p
duxerant, extinguendis laudabilem opera
præſtitiſſet, non potuit tamen ea ex latibu
ſuis extrahere, ne dum in luctam & certam
provocare. Nam *ignorantiæ* vallo ita ſeſe m

niverat

verant, ut, quicquid egerit aut impugnarit, Hercules frustra fuerit. Ab eo tempore nunquam arce sua egrediuntur, nunquam veram lucem aspiciunt: sed nec dum Hercules obsidionem solvit, ac legatum Thomam Campanellum civit. Nam, *ignorantiâ* infractâ, nihil est, quod de Monstrorum interitu speremus: ea verò diruta, nihil tam infirmum erit, quàm violentiæ, mendacii, & simulationis imperium.

17. *HERODOTUS.*

Herodotus, homo decrepitæ ætatis, malæ fidei reus agebatur. Ejus causam cum pleriq; desperatam crederent, Henricus Stephanus & animose & ingeniose in se suscepit. Auditus à Judicibus, id maximè egit, nihil tam dictum absurde ab Herodoto, quin alii monstrosiora dixerint, quibus tamen fides habeatur; & addidit exempla usque adeò recentibus auribus incredibilia, ut jam non Herodotus, sed Stephanus vanus audire ceperit. Neque jurare poterant vel producti testes, vel asseverationes constantes: donec Martinus Chemnitius, stupendæ eruditionis vir, publice testaretur, tantum abesse, ut juventus nostra veterum absurditatum sit capax, aut credula, ut, si quis è mortuis resurgat, & seculi sui acta veriùs & liberiùs recitet, fidem neutiquam sit habiturus: se verò infinita lectione & accurata rerum nostrarum observatione esse certum, non tantùm olim facta, sed hodie fieri, quæ posteritati sint futura incredibilia; unde suspectos nobis esse debere, quotquot rationabilia saltem

recitent; commendatos, qui monstrosa etiam
vulgo vix credibilia non reticeant.

18. *HISTORIA.*

HIstoria, quæ patriæ fastos hactenus summ
fide annotaverat, ob nescio quod liberi
verbum officio mota est; cumque alibi ob fu
ctionem impetrandam homines ambiret, co
venit omnium primos *proceres*, & operam s
am obtulit. Quam? inquiunt illi. Eam r
spondit, ut de Majorum vestrorum robore, d
coris & libertatis patrocinio ex me audiat
Tum illi: Malumus, ajunt, nescire, ne imita
sit necesse. Itaq; in Parlamentum abiit, & *Sena
toribus* se obtulit. Quo usu? inquiunt. Eo, r
spondet, ut de antecessorum vestrorum pruden
tia in sanciendis Legibus, integritate in exe
cendis, libertate in servandis ex me audiati
Tum illi: Malumus, ajunt, nescire in hac umbr
tili nostra toga, quàm Molesta memoria fatig
ri. Ita ad *Academiam* concessit, & se eider
commendavit. Quo fine? inquit. Eo respon
dit, ut quæ veterum fuerit eruditio, quod in ge
nium, quæ per orbem diffusa fama, ex me audia
Tum illa: Malo, ait, nescire, & hodierna opinio
ne clarere, quàm inspecta illorum excellenti
erubescere. Ergo ad *urbem* migravit, servir
parata. Quo nomine? inquit. Eo, respondi
ut prioris ætatis opulentiam tuam & compos
tionem

onem ex me cognoscas. Tum illa: Malo id
scire, quam vacuas jam cistas, cellas, æraria,
anaria mihi exprobrari. Denique ad *Rusti-*
abiit, & labores promisit. Quos? inquiunt.
os, respondet ut, quæ quondam incultorum
torum subactio, quæ solitudinum populatio,
æ frugum multiplicatio fuerit ex me audia-
. Tum illi: Malumus nescire: quando & o-
n nostris laborandum fuit, & nobis laboran-
um est.

19. *IMAGINES.*

H*Ypocrisis*, cùm aliquando *Devotionem* invi-
seret, nescio quid sacrarum *imaginum* repe-
it, ac imprimis Christi crucifixi. Id arripiens
uasi superstitiosum & idolatriam redolens:
Quin tu, inquit, sanctula, Christum in pectore
eris, has amoves anicularum ineptias? Ego ve-
ò & JESUM meum, respondit *Devotio*, in cor-
e & fibris inscriptum habeo: his verò monitio-
ibus oculorum divagationes coherceo. Nam
quoties forma, ingenium, opes, epulæ, vindicta,
eliquævé carnis blanditiæ titillant, toties hac
miserabili facie, & vibicum, sanguinisque gut-
arum repræsentatione iniquitatem mihi expro-
ro. Tu verò, dum Deorum Dearumque gen-
ilium simulacra, Jovis adulteria, Veneris fur-
a, & universum Paganorum Pantheon undi-
que affigis, quid agis aliud, quàm ut per oculos
venenum concipias, quo tandem infectus
consumeris? Dum tu igitur Lucinam su-
 spendis

ſpendis, ego Mariæ Deiparæ imagine me oble-ćto. Tu raptum Proſerpinæ habes, ego Aſcenſionem Chriſti: tu tres Parcas, ego Mortis per mortem conculcationem: tu Deorum convivium, ego ſupremum Judicium. Unde hæc eſt noſtra differentia, ut, dum tu extra te Sanćtorum imagines tollis, intra te idolarum Ethnicorum ſacellum geras. Ego foris ſanćtis pićturis me oblećto: intra me unum verum DEUM poſſideo.

20. *INDIVIDVUM.*

INter gravamina fucatæ Religionis hoc ſerviè agitatum eſt, non ferendum, quòd *Eccleſiæ Miniſtris* liceret impune ijs obloqui, qui contra Decalogum apertas inimicitias ſuſcepiſſent: id enim per jus naturæ licere, ut cum quo litem habes, eidem adverſeris, nec eſſe cujuſvis nugatoris, interpellare, aut ſententiam interponere: agerent id potiùs, ut DEI miſericordiam, Chriſti manſuetudinem, Spiritus ſanćtus ſuavitatem, hominibus deprędicent, mores hominum iis relinquant, quorum eſt negotia & aćtiones mortalium dijudicare. Hanc eſſe publicam & intolerabilem exprobrationem, quam vel ſinguli ad ſe ſponte trahant, vel ab aliorum oculis in ſe conjećtam invićti ſuſcipiant. Tum quæſitum ab accuſatoribus, inter ſe blaſphemos, adulteros, latrones, fures, heluones agnoſcerent? reſponderunt, non deeſſe quidem; ſed id ad Sacrificos nihil pertinere, quorum ſit orare, non increpare.

repare. Tandem ſententia lata eſt: Quan-
o non puderet ſcelerata facere, diſcerent etiam
era audire: illud enim nullo ævo licitum;
c Prophetarum, Apoſtolorum, & Chriſti ipſi-
exemplo approbatum.

21. *INVENTORES.*

Olent in Politiæ theatro præmis provoca-
ri, quibuſcunque ingenium nobile aliquod
ventum ſuggeſſiſſet. Unde haud ita pridem
obtulit Patriprodotus, & artem promiſit, qua
bditorum publicus ſuccus nullo eorum ſen-
evacuaretur, in privatum luxum derivandus.
ant autem perſpicilia, quæ oculis adhibita rē
cuplo majorem redderent, ut, quæ filamina
ſent, funes; qui obuli, meri coronati crede-
ntur. Dein aqua fortis ſive liquor ſapore
lciſſimus, qui hauſtus internè omnia corro-
eret, non imminuta corporis ſuperficie. At
tegritas, Politiæ certiſſima Conſiliaria, acer-
è hanc belluam intuita: Nemo, inquit, in præ-
ntes ſæviit: hic ſceleſtus poſteritatem omnem
etit. Carnes nempe vult depaſcere, cutem
s, qui ſubſequentur, relinquere. Auguſtus
æſar urbem, quam lateritiam accepit, reliquit
armoream: hic, quam auream nactus eſt, cin-
eritiam relinquat? Applauſum eſt ſubito *Inte-*
ritati, & mira alluſione in furnum ardentem
equā conjectus, cinisq; reverberati ad expian-
am peſtilentem inventionem in aëra diſper-
us eſt.

22. LITERAE ET ARMA.

DImicabant inter se *penna* & *gladius* de p
rogativa, diversis omnino judicum sent
tiis. Nam, quæ *literatorum* est loquacitas, fac
quod volebant, persuadebant: quæ *armator*
ferocia, vota pro se extorquebant, Neque tam
definiri aliquid potuit, ac in eo erat, ut inte
committerentur, & duello lis finiretur. Tum *Bi*
otheca passim perstrepere, *armamentaria* reso
re, deniq; animos hominum spe metuque m
tim suspendi. *Penna*, ut ut DEO religiosa, tam
multæ prophanationis sibi conscia; *glad*
DEI minister, innocenti tamen sanguine c
spersus, sic utrimque cœli auxilium sibi polli
bantur, ut pœnas tamen metuerent. *Respubl*
quod utriusque opera necesse haberet, mores
men improbaret, nec deseruisse alterutrum, n
nimium favere conflictui videri volebat. Corp
pennæ haud validum, sed agile, lubricum
exercitatum, tum satis furiosum, si stimularet
Gladii durum, implacabile, cæterum mi
ambidextrum aut versatile: ita ut nuspiam
ctoriæ conjecturæ certiores paterent. H
Salus publica, ut utrisque caveret, ita decre
ejusdem dignitatis apud se per vices essent
inter se convenirent: nam esse beatas illas terr
ubi uterq; serviret fideliter; infelices & per-
ditas illas, ubi alteruter impera-
ret impotenter.

23. L

23. LVDI.

Hristianorum natio à *Religione* petierat, ut more gentium sibi liceret, publicis impensis *theatrum* extruere, ut *ludos* ibi scenicos pompasque opulentiorum spectare: id magni usus fore ad circurandam juventutem, erudiendum vulgus, acuendum ingenia, delectandum senes, exercendum viros, deliniendum mulieres, reficiendum pauperes. Consulti Justinus Martyr, Tertulianus, Hieronymus, Augustinus, & alii rigidioris animi Patres palàm sunt id abominati: Christiano, inquientes, non tantùm à colluctaminibus cum tenebrarum principibus vacare, ut dies voluptuariis spectaculis terant. Recentiores pro *Comœdia*, quæ mores sive decentes sive indecoros simplicioribus ob oculos poneret, aliquid interpellavere: sed novitii quidam haud se alienos ab illa larvata & Ethnica delectatione, nisi quòd sumptuosior crederetur, ostentarunt. At *Religio* ferventior ex horum tepore facta: Nescitis, inquit, tum demum Hierosolymis suprema fata institisse, cùm desertis patrię legibus per Ascalonitas ludi Romani introducerẽtur? Quod itidem vobis præsagio, nisi majorem Angelici Chori, & beatorum in cœlis pompæ, quam larvatorum fatuæ & pudendæ turbæ æstimationem habueritis.

24. LVTHERVS.

D. *Lutherus*, seculi nostri Hercules, Reformationis Christianę agros invisens, obvios habebat insoliti vultus, *Pradonẽ, Sophistã & Dissolutũ*.

Quos, quid rerum agerent, qui essent, cùm ess percontatus, prior: Tui sumus, inquit, sanct Pater, tui liberti & unice devoti. Mei verò, a Lutherus, quos nunquam agnovisse memin Tum *prado*: Ego Monachus quondam fui, tu us confrater, qui in sacra, vasa, in libros, in paup res multa insumere necesse habui; nunc per te li ber factus in aula *suaviter* vivo. Lutheru capite nutans: Quis tu es quærit. Et alte Quondam Simplicius, auditor tuus, infit qui in verba Doctorum jurare quondam coa ctus, nunc per te scientior factus, in Academi *molliter* vivo. Iterum abnuit Lutherus, & ter tii nomen quærens, ille: Ego Bonifacius olim vocabar, concivis tuus, qui ad humanitatem, li beralitatem, modestiam erâm adstrictus, nunc per te liber factus in urbibus *licenter* dego. Ingemuit Lutherus, & Ego vos liberarim, inquit, degeneres Majorum bestiæ? qui Monasteriorum opes Ecclesiæ reddidi, Thomam & Scotum relegavi, bonis operibus libertatem & decus adstruxi. Abite hinc ocyus, qui Lætiores, Literiones, & Latrones estis, non Lutherani.

25. MOECENAS,

MEcænas, cum in literario foro appricaret, reperit *Scholam*, mulierem pallidam, & ut plurimùm famelicam; sed quæ iam ex compotatiuncula frontem & animum diduxerat. Eam cum ad se vocasset, & de artium linguārumque salute esset percontatus, illa ex vino petulantior,

or, impudentem pleraque eſt jocata , ſcur-
literque membris mota. Admiratus *Mœce-
as* tam frigidæ alioquin fœminæ calorem, &
niſeratus cerebri imbecillitatem, placidis ver-
is & munuſculo addito, iret domum, & edor-
niret fumum, eſt hortatus. Atilla, ut erat Bac-
cho afflata, fœmina maſculum, temeraria pru-
lens, temulenta ſobrium carmen eleganter effu-
lit, ac Mecœnatem, & qui adſtabant, planè ab-
ipuit. Tum ille, aureo porrecto nummo: Ca-
e, inquit, Schola mea, quæ deſipiendo ſapis, &
erviendo dominaris. Et ad amicos converſus:
It oderim Scholæ mores, ingenium non amare
non poſſum, & Scholam, dum vivo, fovebo,
Scholiciſmum tolerabo.

26. MIMI.

RUmor erat, S. Auguſtinum, Papinianum, Hippocratem Ariſtotelem, Euclidem, Tacitum, Ciceronem, Virgilium & nonnullos alios eruditionis principes à cœna domum redeuntes, à laſciviente Satyricorum turbâ eſſe turpiter habitos: & res magni momenti, inſigniq; ſupplicio digna credebatur. Sed in riſum tragœdia mox abiit. Convenerant enim *Mimi* aliquot, qui, ut illuderent civibus, an macularent illos heroas effictο eorum habitu & vultibus, cum tædis per plateas incedebant, & temulentiam ſimulabant. Id mirati aliqui boni, quod inſuetum eſſet, hos homines bacchari, propiùs acceſſere, & deprehensâ fraude, convocatis aliis, diſturbavere larvatum chorum: quod ſubito in vul-

gus sparsum, cùm veri haberentur literarum proceres, variis & acerbis judiciis est agitatum. Nec potuisset facilè præsumptio illa plebi evelli, nisi illi proceres palam, nunquam se læsos, & habere Satyricos amicissimos, essent testati: ac Lex in Mimos lata, qua, quisquis alienam eruditionem suam fingere flagris, prius cæsus urbe literariâ ejiceretur.

27. *NIHIL.*

LAvernia celebre emporium est, quo solet confluere *opificum* genus, quod sub magistris meret. Eò cùm venisset robustus juvenis, & magistrum quæreret, jussit exclamare, Esse, qui posset *ex aliquo nihil facere*. Id publicè irrisum, quòd id à *prodigis* & *Chymicis* imperitis quotidie fieret: tamen cum *Politici*, nasuti homines, nescio quid subolfacerent, homo non contemnendus judicatus est. Itaque vocatum ad secretum colloquium, cùm ille in sententia perstaret, quæsivere in arcano: Possetne ex magnis præsagiis nihil, ex magnis sumptibus nihil, ex magnis munusculis nihil, ex magnis gravaminibus nihil, ex magnâ profanatione nihil, ex magnâ imperitiâ nihil, ex magnâ dissolutione nihil, ex inferno deniq; & supremo judicio nihil facere? Ubi cum ille magna confidentia conatus suos obtulisset, & delineationes in medium non sine industria adferret, habitus est tum benignè, tum sumptuosè, ac tum irrisores suos ridere cepit, ac publicè jactitare, hoc tempore esse; qui

sciret ex aliquo facere nihil, ex nihilo facilè facere aliquid.

28. NOBILIS.

Pietas in contubernium suum, Guilielmum à Wense acciverat, hominem *nobilem*. Id conspicatus *Sycophanta*, quasi absurdum aliquod commisisset, turpiter irrisit, & ad *Pietatem* conversus: Ecquem tu vidisti *nobilem* absque ambitione? Tum Pietas: Ecquem tu, inquit, vidisti *Sacrificulum* absq; avaritiâ, aut literatorem absq; stoliditate, aut *Chymicum* absque fabellis, aut feminam absq; mutabilitate? Hic verò: Vidi, respondit, aliquoties. Cui Pietas: Et ego illud vidi. Testis enim esse possum & castitatis, & sobrietatis, & liberalitatis, & devotionis & fidelitatis, & exactæ disciplinæ, deniq;, quod tibi incredibile, humilitatis: quę usq; adeò in *vero Nobili* insolita non sunt, ut quàm sæpissime cum sanctulis tuis, & justulis, & politulis certare possint. Ergo posthac, inquit Sycophanta, religiosos dicemus, quibus tot sunt vanitatum & phalerarum appendices? Nescis tu, respondit Pietas, sub lacero palliolo haud rarô hospitare ambitionem? Memineris autem, quàm multos simulare Curios, & Bacchanalia vivere, nonnullos Bacchos simulare & vivere Curios.

29. NUDA VERITAS.

Veritas, simplex & ingenua Dea, nuda circumibat, & obvios quosq; errorum & deformitatis admonebat. Id iniquissimè acceptum, & non

non tam verbis contumeliosissimè regestum, quàm verberibus & plagis vindicatum est. Iamque universum ejus corpus maculatum erat, & vibicibus plenum, cùm in *Æsopum* incidit, veterem amicum & congerronem. Eam ut vidit, & miseratus est: Misella, inquit, quid hìc obambulas inter cercopithecos & simias, non homines? quibus si fœditatem pergas exprobrare, non corpus tibi ad diem unicum suffecerit. At Veritas cum gemitu: Quid agam? inquit, amicissime. Si taceo, stimulat DEUS: si loquor, verberant homines: si mussito, torquent scioli: si lugeo, rident pueri. Tum Æsopus: Licebit tamen, opinor, inquit, non planè nudam incedere: itaq; hoc tibi sume apologi & fabularum pallium, si nullo usu alio, sanè ut minus verbera sentias. Nescis tu divinatorum, inquit, illa, genus, qui è silice etiam scintillas eliciunt? Sed Æsopus: Scio, inquit: at tu memineris, paucos eos esse; supinos verò & stupidos quàm plurimos.

30. *OCVLVS.*

IUssus erat ab Universitate *Galilaus de Galilais*, omnem vim atq; artificium Optices per specula illa nova sive perspicilia exprimere. Confecit igitur varii usus & subtilitatis tubulos, quibus sive quæ proxima erant veluti remotissima, sive quæ remota velis proxima, sive prægrandia minuta, sive minuta prægrandia, sive alba nigra, sive nigra alba, sive deformia pulchra, sive pulchra deformia, speculorum adminiculo possis im-

[i]mpetrare. Ea postea variè divendita variæ [c]onditionis hominibus inserviere, & mundi in[q]uilinis summæ voluptati fuere. Unum super[f]uit, cui omne scientiarum artiumq; punctum [i]nclusit, quod novo nomine *Oculum judicii* ap[p]ellavit: cujus beneficio mundi universi imago, [e]t actionum humanarum omnium effigies, tum [a]bsconditorum artificiorum anatomia jucundo [s]pectaculo repræsentabatur, simulq; visus ad res [c]unctas accuratè æstimandas, subtiliter dijudi[c]andas, curiosè examinandas, & artificiosè re[s]olvendas acuebatur. Constabat autem tribus [o]mnino vitris, *Contemplatione, Lectione, & Ex[p]erientia*: quæ quia paucorum oculis conve[n]iebant, ita minùs est, quàm reliqua instrumen[t]a, æstimatum. Quod animadvertens Galilæus, [i]râ ob stuporem humanum percitus, Telesco[p]ium ingeniosissimum planè perfregit.

31. ORDO CRUCIS.

Ecclesia natali suo aliquot *Equites* creaverat, appensis pro more *Crucis* insignibus: cumq; *Ordinis* leges recitarentur, humilitas, paupertas, castitas, patientia, sobrietas, charitas, labor, omnes libenter dedere sacramentum, & sanguinem suum obtulere. Et hactenus quidem, dum induciæ cum hostibus erant insignia ex auro rutilabant serico filo suspensa. Cæterùm cùm Satan, Mundus, & Caro ex improviso irruissent, & Equites novos conculcarent, flagellarent, conspuerent, irriderent, stimularent, cùm jejunandum, vigilandum, laborandum esset, cum suspi-

ſuſpiciendus inferior, exorandus illiberalis, vitandus blandiloquus, tolerandus importunus, olfaciendus vomitans, diligendus hoſtis, perforandus ſaxeus eſſet; nec jam ultra Ordinis æſtimatio, ſed riſus merus & ſtultitiæ ſummæ infamia appareret, multis hic honos onus, ac nonnullis planè intolerabilis eſt habitus: itaq; abjectis inſignibus, ad hoſtes profugere. At quidam, cum ſub ordine anhelaret, nec cedere vellet: Nunc demum mihi liquet, cur S. Chriſtophorum gigantem, non communis ſtaturæ hominem, Majores noſtri depingere voluerint.

32. *POSTERITAS.*

ERat *Scriptoribus* gravi & ſevero mandato injunctum, ne quid porrò, præter Facultatum & Artium ſeria & ſublimia, cum Poſteritate cõmunicarent: futurum inde, ut his ſubtilitatibus abrepta *Politica* ſomnia & *Hiſtoriarum* nugas facile dediſcat & contemnat. Id magnâ religione obſervatum: neq; de *moribus* porrò quicquam, niſi clanculum & cum trepidatione, eſt annotatum. Cæterùm *Poſteritas* ubi reſcivit, quo dolo humanæ actiones perperam commiſſæ ſepelirentur, qua incertitudine & tenebris ipſi poſthac ſit vivendũ, qua turpitudine impia pro ſanctis, crudelia pro juſtis, ſtolida pro ingenioſiſſimis ſint ſuſcipienda; invitatis ad ſe cordatiorib. aliquot anxiè oravit, ſui miſererentur, & incorruptas merces maſculâ veritate & decorâ libertate ad ſe tranſmitterent: ſi quod exinde odium ſube-

[o]beundum, non fore id diuturnum; ſed unius [a]tatis: poſt verò, obliteratis circumſtantiis, cum [c]onatus in re laudabili proſtet, & utile dulci ad-[m]ixtum appareat, ſuum cuiq; decus Poſterita-[te]m repenſuram.

33. *PRAECEPTOR PRIVATVS.*

HYems erat, & Atropo feriæ, cum *Obſcuritas* opportunè egreſſa, hominem reperit jam ca-[l]eſcentem, faucibus aridis, veſtibus laceris, cor-[p]ore verſatili, libellis á latere dependentibus, [q]ui propius ſe, ac ad aures uſq; inſinuans, aut ſti-[p]em, aut, ſi fieri poſſet, convictū per miſericor-[d]iæ viſcera petiit. Eum illa accuratius intuita: [a]ut valde fallor, inquit, aut vidi te aliquādo ho-[l]oſericum, ebrium, equitantem, trahâ pictâ per [p]lateas circumvectum, criſtis literarum, armis [d]iſcipulorum, faſciis admirantis vulgi amictum, Penelopæ inſidiantem. Tum hic obortis lachri-[m]is: Πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου, [i]nquit. Sed malè ſit *Spei*, quæ me *Candidatum* [ſ]uum perdidit! At obſcuritas: Quî potuiſti, ſub-[j]ecit, autoritatem tuam credere, quæ aliena erat, & epulas tuas, quæ alienæ, & veſtem tuam, quæ [a]liena, eaq; perpetua ſperare? Eheu reſpōdit mi-[ſ]er, putabā hanc eſſe ſcalā, quæ nullo hiatu ad vi-[c]tus, eruditionis, amicorum, experientiæ, matri-[m]onii, opum, functionum, famæ, quietis afflu-[e]ntiam attolleret, cum ego chartaceas ædiculas [r]eperi, qua unâ afflatâ reliquæ omnes dejice-[r]entur. Tandem obſcuritas: Etſi ſapientis, in-quit, non eſt, dicere, *Non putaram*, & decuiſſet

te, non

te, non plus expendiſſe literarum, quàm tui alẽdo ſupereſſent, nec virtutes prodegiſſe omnes, ut Reipublicæ iis ſit carendum: tamen quia me tuis miſeret, diverte hîc apud me. Tum ſubſequentium aliquis cum riſu inquit: Et hic hiator factus eſt unus ex nobis.

34. PROBA.

P *Proba*, animal tricorporeum, & *Ratio* ſimplici ſagacitatis cùm aliquando ob caſum nonnihil dubium altercarentur. Quid tu, inquit illa, naſo tuo fidis, ego ſex oculis non præpolleam? Tum hæc: Quaſi verò oculorum, ait, ibi uſus, ubi tenebrarum eſt imperium? Fur noctu aufert: ſurgunt de nocte latrones: mœchus quàm diligit umbras? At hos haud rarò nullo tuo indicio plectit Juſtitia Ergo, inquit *Proba*, conjecturis potiùs, quàm teſtibus fides habebitur? Non conjecturis, reſpondit *Ratio*, ſed evidentibus argumentis. Qui enim credam hunc DEI legatum, qui Satanæ ſtipendiarius? & Jurís adminiſtrum, qui carnificinam exercet? & nobilitatis ſpecimen, qui in beſtiam demigravit? & eruditionis doctorem, qui omnia neſcit? & prudentiæ œconomum, qui ſemper deſipit? & fidelem ſervum, qui uno anno diteſcit? deniq; Chriſtianum, cui nunquam cœlum, bonum, verum curæ eſt? Hos certè, ſi centeni aut amplius teſtes approbarint, nunquam admiſere. At *Proba*: Moderatius, inquit, mea Ratio: nam & noſtris oculis ſedet, unde diſtinguant. Vah oculis! vah tactui! vah publico teſtimonio! ſubjecit

subjecit Ratio. Nam cui bene vultis, illud solenne *Proba* subvenit; cui malè, verum sive falsum tortura exprimit.

35. PROPHETIAE MVLIEBRES.

Petierat proximis comitiis sexus muliebris magnâ instantia, ut quas noctibus hybernis inter fila collegisset Vitæ humanæ *regulas, prognostica, Medicinalia*, sub titulo *Prophetiarum Muliebrium* ea canone & approbatione Superiorum condecorarentur. Id audaculum multis risum, quibus ignota fœminarum pansophia;& multo consensu denegatum: reperit tamen, qui vellent publico consessu recitata. Auditis itaq; cautiunculis de cunis fasciis, crepundiis, femoralibus, precatiunculis contra tempestates, fascinum, philtra; divinatiunculis ex fumo, aliis, tripode, nigris rubrisve Calendarii notulis, medicatiunculis per cruces, ceram, herbulas, sal, panem, admonitiunculis ex somniis, gallinis, leporibus, & similibus argutiunculis & Physicunculis: alia rerum facies est oborta, cùm permulti virorum sua arcana, sua mysteria agnoscerent. Ac præ reliquis enitebat feminarum sapientia in jusculis sorbitiunculisq; parandis, ut omnino insignis ingratitudinis appareret, hanc, veluti vitæ virilis Panaceam, non digno elogio coronare. Probatus est ergo liber, & majusculis literis primæ paginæ inscriptum: *Quando multi Viri hac credunt & faciunt, imprimatur.*

36. QVE-

36. QVERVLVS.

QVerulus, quod diu minatus erat, matrem Patriam deserere, & jam sarcinas colliger ceperat. Cui Philopater, homo patientissimus: Quæ tandem illa tua, inquit, molestia est, quam matri condonare, quam dissimulare non possis? Tum Querulus: Rogas verò? inquit. Mater delirat, opes effluunt, fundi sterilescunt, nugigeruli possident: ego nil aliud agam, quam cellam culinamq; curem, institores sartoresq; conveniam, symphoniacos convocem? Beatumne te dicam, respondit ille, an imperitum, qui nescis aliorum alibi dissolutionem, alienam tyrannidem? Nam quæ tibi intolerabilia sunt, ea multis magnæ felicitatis loco haberentur. Nec enim vi ullâ Mater tua, sed facilitate peccat. At tu mihi crede, ut sunt terrena nostra nunquam perfecta, ubi est Religionis libertas, & Tribunalis aditus, & armorum ignorantia, & tributorum moderatio, & literarum æstimatio, & victus facilitas, & viarum securitas, & Matrimonii custodia, & linguæ libertas, eam terram non tolerabilem saltem esse, sed felicem & omnibus modis decorandam.

37. QVIES.

MOrbus est non infrequens *perpetua fames* cum inquietudine. In eum cum incidisset Psyche, filia Naturæ tenerrimè dilecta, vix suffecit orbis totius penus ad saturandam hanc pamphagam: nec machinæ humanitatis satis fuere

ere ad componendos animi æstus. Ita devora-
voluptatum triclinia, Bibliothecarũ apothe-
, honorum promptuaria, opum gazophylacia,
tentiæ armamentaria; tum funes humani ex-
i, lora imbecillitatis, catenæ mortalitatis ad-
bitæ, æquè nihil hæ continuere, quam satura-
re illa. Tum affligi natura, & importunius
mnem Medicinam perscrutari, at nihil agere, &
pejus omnia ruere. Venit tãdem cœlo delapsa
anacea DEI *Verbum*, & inspecta desperatæ
lutis puella: Duo, inquit, necessaria nobis
nt: primùm hanc evacuem⁹, dein aliâ manna,
ectare alio reficiamus. Itaq; ejecta scientiâ,
pulentiâ, petulantiâ, cum jam planè vacua ap-
areret, dictu mirum, jactitavit saturitatem. In-
e secuta quies, & approbatum paradoxum:
Nescientes sapere, pauperes possidere, subjectos
nperare, acquiescentes Monarchas esse, va-
uos Mundo DEO repleri.

38. *RASPINUS.*

R*Aspinus*, durus laboris minister, & oscitan-
tiæ novus Medicus, concatenatas aliquas ad
rgastula sua trahebat Concordantias, Postillas,
Formulas, Consilia, Processus, Indices, Dictio-
naria, Promptuaria, Lexica, Locos commu-
nes, Nomenclaturas, Florilegia, Herbaria,
Pharmacopeias, Compendia, & similes, dis-
quirendi indagandique abbreviationes, hinc
nde ad strata & sellulas deprehensas. Quod
cum innotuisset, clamor ubique & con-
sterna-

sternatio forum implevit. Mirari multi ex ingeniosis & sedulis, quid tanti esset hos servulos coherceri, & magis etiam, cùm suboleret, ingenti ære à Theologis, Juridicis, Medicis, Philosophis, Politicis, Historicis, & omni literato ordine clanculum oblato, Raspinum, ut captivos redderet, tentatum. Sed desiit admiratio, cùm *Veritas* asseveraret, hunc esse vulgatæ literaturæ aculeum, qui si eripiatur, omne reliquum fuci corpus languescere simul & contabescere.

39. RESIPISCENS.

A *Colastus*, cum paternas obsequii ædes & victum contemplationis esset dedignatus, collectâ ingenii, sanitatis & temporis monetâ, ascitoque Demophone famulo in *Vanitatis* terras peregrè abiit. Ibi hospite *Voluptate* nacto, & associatis imitationum combibonibus, *Rationem* meretriculam adamavit, literis suaviter accinentibus. At cum laboris sumptus diffluxissent, proditus ab amiculis, perditus, & desertus, *Antichristum*, durum villicum, implorare habuit necesse. Ille pascendis porcis famâ, Mammone, Hæresi, bello, Venere miserum ablegavit, ea famis necessitate, ut siliquis *opinionum* vitam ægrè tolerarit. Hinc *servitutis* vestibus detritis, & urgente *conscientia* fame, magna humilitate paternas ædes repetiit, & benignum patris cor facilè exoravit. Itaq; abjectis tenebrarum laciniis *Fidei* vestem indutus, & *Spiritus* annulo obsignatus, internæq; illumina-

[..]itionis epulo lautè exceptus, quicquid hypo-[..]itæ murmurarint, posthac liberè & lætè & bea[..] habuit.

40. RESPUBLICA.

[R]*Espublica* jam aliquandiu tussi & graveolentia vexata, cum sæpe remedia pulmoni adhibuisset, nihil revaluit. Congregati Medici [q]uamvis, ut solent vehementer dissentientes, in [e]o tamen convenerunt, esse ægerrimè medicabilem: Oculos enim a medicamentorum intuitu abhorrere, os ad excipienda firmari, manus [a]d offerenda languere, stomachum jam injecta [re]jicere, pedes sub ingrato onere labascere; unam [su]peresse vetulam *Paupertatem*, quæ desperatis nonnunquam rebus casu, an arte subvenerit. Accita *Pauperies*, immane hians, & impudenter loquacula: Ecquid, inquit, stulta muliercula, DEUM offendis, Naturæ ingrata, [t]ibi infamis, membris inimica, tempori pudenda, posteritati ludibrio es? quin potiùs amaræ *Veritatis*, exactæ *Oeconomia*, & laboriosæ *Iustitia* pilulas quàm primum devoras, & convalescis? Fecit *Respublica* pudore suffusa, & præter opinionem Mangonum, Histrionum, Palponum, nebulonumque omnium convaluit. Tantum scilicet inter poppysma & calcar interest.

41. SALUS PUBLICA.

S*Alus publica* sive ingluvie, sive aëris vitio in morbum difficilem inciderat, ut corpore toto ta-

to tabesceret, tumeret verò lien. Unde *Medicorum* assiduus labor, ac præ reliquis *Contributionis*, cui visum, tam exsuccum corpus variis exactionibus & vectigalibus adimplere. Sed cum frustra infunderetur, & minui etiamnum ægrota appareret, omnium stupore *Parsimonia* remedium reperit, & jejuniis, vigiliis, laboribus ac nuditate, loco dapium, lectulorum, quietis & ampullarum, adhibitis, sanitatem jam exulem: sanitate corporis robur, robore cibi jucundum & moderatum usum, hoc denique formam ac staturam succi plenam revocavit. Quæ læta intuens *Obedientia*: Nunc juvat, inquit, vel sanguinem conferre, cùm res mea bene ac cum decore insumitur.

42. SATELLITIVM.

PRæteribat fortè *Satrapa* cuiusdam numerosa *familia*, quorum facies & habitus diversissimi erant: nec audebat quisquam quærere quid monstri aleret tam multiforme satellitium præter *Diogenem*. Is solitâ temeritate: Non dimittam vos variegatos, inquit, hinc absq; meo commeatu: sed &, qui sitis, mihi sciendum est. Illi cognitâ Diogenis libertate, haud ægrè se teneri sunt passi; & *primus* ait: Memineris, me in Heri mei honorem superbire; *Alter*, Et me in usum ejus furari: *tertius*, Et me in honorem eius latrocinari: *quartus*, Et me in excusationem eius mentiri: *quintus*, Et me in magnificentiam eius Epulari: *sextus*, Et me in voluptatem eius ludere: *septimus*, Et me in arcana eius lenocinari

nti: *octavus*, Et me in pauperiem eius prodi-
ere. Supererant tres abiectæ sortis famuli.
Quid, vos miselli, ait Diogenes, agitis? Tum
submissâ voce *primus*: Ego ait, pro ipso oro:
alter, Ego pro ipso pugno: *tertius*, Ego pro
ipso laboro. Tum sublatâ voce Diogenes:
Quàm belle, inquit, prospectum est Hero ve-
stro, ne quid habeat, quod ipse agat! Sed heus
unus deest, qui pro hero vestro, cùm hæc pera-
cta erit fabula, eat ad tartara.

43. *SILENTIUM.*

O*Pinio*, cum Pædagogium aperuisset, conduxit Provisorem *Silentium*, & discipulis summâ observantiâ colendum proposuit. Id magnæ famæ fuit: quod passim crederetur arcanorum Scholam hanc esse, & mysteriorum officinam. Unde pueri è remotissimis terræ angulis submissi, qui his sacris operarentur. Inclusis tamen, præter vulgaria & quotidiana, nihil prælegebatur, interdum & ridicula, sed linguâ plerumq; ad stuporem excitandum, incognitâ. Egredientibus ora obturabantur & pallidi apparebant, velut è Tryphonis specu reversi: ut spectatoribus essent planè venerationi. Si quid cum aliis conversandum, per nutus id fiebat, vel picturas hieroglyphicas. Nec tamen planè imposuit impostura. Nam cùm quidam & annos, & opes, & labores silendo perdidisset, neque ullum operæ pretium appareret, abiecto lupato, & deterso pulvere: Væ tibi,

inquit, maligne Harpocrates, cum tuba Dei resonans oris vincula religaverit.

44. THEOPHRASTVS.

Theophrastus Paracelsus in atrium heroicum admissus, cum Hieronymum *Cardanum*, Petrum *Ramum*, & Nicolaum *Copernicum* reperisset, & secreti nescio quid contulisset, ægrè id tulit *Invidia*, & , tandem, inquit, Magis ac rebellibus hæc beata sedes patebit? Quæ audiens *Theophrastus*, homo rigidi cultus, propè erat, gladii capulum in faciem maledicæ impegisset. At *Cardanus*, adversitatum patientior, cum deliniisset hominem, rem omnem ad Famam detulit. Ea, utcunq; dissimulatâ Paracelsi injuriâ: Memineris, inquit ad *Invidiam*, loquacula, hanc meam domum paratam maximis ingeniis, quæ supra simul ac contra vulgus sapuerunt, laborarunt, atq; sunt conata. Qualis hic meus *Theophrastus*, cùm vulgatam eruditionem omnem penetrasset, ausus est ipsam propè solus contra tot defensores tanto impetu impugnare, ut veternum multis quondam dormitantibus excusserit: deinde novam Philosophiæ Medicinæq; arcem extruere, quæ ne dum hodie est destructa: denique in Galenum, hostem suum, tanta liberalitate Naturæ opes effundere, ut haud condemnendas sive vires sive divitias inde acceperit.

45. *TITV-*

45. TITULI.

ERat dies, qua *Opinio titulos* divenderet, & exinde, velut indulgentiis, magnum auri pondus contraheret. Accurrerant enim omnium ordinum homines, quibus hic tinnitus allubesceret; *Reges*, quibus venditum nomen Invictissimorum; *Principes*, qui volebant esse Serenissimi; *Comites*, qui Illustrissimi; *Nobiles*, qui strenuissimi; *Sacerdotes*, qui Reverendissimi; *Consiliarij*, qui Magnificentissimi; *Doctores*, qui Nobilissimi; *Consules*, qui prudentissimi; *Magistri*, qui Excellentissimi; *Mercatores*, qui Liberalissimi; *Pædagogi*, qui Eruditissimi; *Artifices*, qui Ingeniosissimi; *Agricolæ*, qui honoratissimi, *studiosi*, qui diligentissimi; *fœminæ*, quæ pudicissimæ; *puellæ*, quæ lectissimæ: omnes deniq; qui abjectis *Positivis & Comparativis*, *Superlativis* decorati esse concupiverant. Quod cum negligeret *Iohannes Fridericus*, Saxoniæ quondam Elector inclytus, & novas exoticasq; delicias rideret, interrogatus, Ecquid absq; majore titulo inter Magnates sordere vellet? mascule solito more, & perhumaniter respondit, sibi sufficere id Christianum elogium, quo *Electus Martyr Iesu Christi*, *Dux Afflictorum*, *Princeps Confessorum Fidei*, *Comes Veritatis*, *Signifer Sanctæ Crucis*, *Exemplum Patientiæ & Constantiæ*, *Hæres Vitæ Æternæ*, posteritati commendatus sit.

46. VERMICIDA.

JAnus ille *Vermicida*, cum terras oberraret, Cosmopolin delatus, sedem ibi fixit ob artis pretium; nec suffecisset ibi curandis afflictis, nisi mysteria sua discipulis communicasset. Confluebant enim *Sacrificuli*, quibus vermis in imo pectoris scrinio; *Legistæ* quibus sub unguibus; *Machaonij*, quibus in felle; *Phantastici*, quibus in cerebro, *Vocabularii*, quibus in auribus erat, & negotii plus, quo quisq; intractabilior, facessebat. Sed supra hos *Magnates*, quos in stomacho vermis rodebat: *Satrapæ*, quibus sub cincinnis latebat; *Politici*, quibus in oculis; *Palpones*, quibus sub lingua latebat: & *Proditores*, quorum nares occupaverat, opem requirebant, quorum aliqui sanati, plerosq; incisio necavit. Soli illi pro desperatis rejecti sunt, qui millies à *Myriotechnis* decepti, semper novis paterent; tum *Pseudochymici*, quibus ignorantia sapientiæ egestas nutrimenti, & labor voluptatis loco esset. Hos enim, ajebat *Medicus*, vermibus, caseorum exoletorum instar, scatere, & vivos computrescere. At cum fortè delatus esset, qui haud exiguam victus abundantiam deglutiret simul atq; abjiceret, certus posthac extremam famem perpetiendam, obstupescens seculi mores, sanctè juravit Janus, hunc morbum nunquam curasse, nunquam credere curabilem.

47. VNI-

47. VNIVERSALIA.

CUm in Philosophorum officinam quispiam descendisset, reperit eos *rebus universalibus & ideis* intentos, nec nisi delineationibus maximarum orbis agitationum intentos. Videre erat diluvia, incendia, pugnas, pestes, tum Monarchiarum rudera, rerumpublicarum fragmenta, urbium frustilla, familiarum micas, hominum atomos. Quæ cum illi contemnerent, & ornarent mente, manu, & aëra ipsa calcarent, capitibus inter nubila conditis, casus inopinatus accidit. Puer, qui à servitio Sapientum erat, matulam sive incuriâ sive collisione perfregerat. Id ubi per trepidationem Philosophis nunciatum, nunquam cœlum tam fuit turbatum, Gigantum ascendentium famâ, quàm hæc tranquillitatis Schola. Inquisitum in pueri malitiam, inculpata figuli fraus, accusata terræ fragilitas, deplorata sumptuum prodigalitas, requisita usus necessitas. Id cùm haud sine tædio hospes audiret, neque tamen tam cordatis viris diffideret, ratus irreparabile aliquod damnum sub matulæ hieroglyphico innui, tandem ausus est ex quodam subridente quærere, quid illud tandem esset, quod orbis totius & tot cladium maximarum contemptores lugerent? Is verò juravit, nil, nisi matulam, esse: sed id Scholæ legibus cautum, sapere in Universalibus absentibus maximis, desipere in particularibus præsentibus minimis.

48. *UNUS.*

HAbitis haud ita diu comitiis, cum in unum coivissent omnium locorum Sapiẽtes, onusti suorum querelis, instructi σοφίᾳ, eruditi prudentia, armati libertate. Spes singulorum erat publicæ felicitatis impetrandæ: Unde vota privatis & publicæ preces conceptæ, quibus cœleste auxilium & melior aura exoraretur. Cum assedissent, januæ clausæ sunt, & magno silentio, ac profunda meditatione factum est rerum initium. Inclusus autem fortè erat *Simplicius* quidam, qui post aulæa stabat, nec movere se nec ostentare ausus. Is, cùm dudum haberet persuasum, non nisi multorum collatâ sapientiâ & solicitâ disquisitione Oracula edi, audivit præter opinionem, unum aliquem res omnes regere, jubere, eloqui, cæteros plerosq; annuere. Finitâ sessione cum se subduxisset ad cives suos conversus: O fratres, inquit, oremus DEUM pro Uno. Nam, si is bonus est, salvi sumus; si malus, perditi.

49. *XANTHIPPES ANNULUS.*

X*Anthus* Philosophus Xanthillum filium, quem ex *Xanthippe* susceperat, ob rem secus ex sententia commissam verberaverat. Id puer ægrè ferens, sed patri resistere non audens, ut primùm matrem habuit obviam, iram in eam effudit, & colaphos aliquot impegit. Mater filiolo indulgentissima: Ecquid malè haberet, & quis

tis irritasset, cum lachrimis exquirit, causamque nacta, in virum properè furiosa insilit, plagisq; numerosis, tum capillorum vellicatione, vultus eradicatione propemodum enecavit. ... postquam resurgere est datum, ad judices ...it, & martyria sua quotidiana inter singultus gemitus exposuit. Vocata *Xanthippe* ma... ulè se purgavit, id sibi juris in virum stolidum, ...nimi impotentem, effeminatum; disceret filium ...eralius habere, suam iram reformidare. Hæc ...m minis recitans, dimissa est, ne quid mali ...dicibus inferret, viroq; Philosopho injun...tum, modestè & timidè ageret, ne arcanum illud Cyclicum in vulgus promulgetur. *Viros ...uidem Reipublicæ imperare, Rempublicam Mu...eribus, Mulieres autem Viris.*

50. ZENO.

ZEno & Epictetus, Stoici integerrimi, civibus suis leges & reipublicæ formam præscribere jussi, cùm universi orbis mores circumspicerent, essetq; relatum, omnium gentium *Christianos* perfectissimam habere *Religionem*, facilè ...n eã persuasionem sunt adducti, vitã exinde ac ...onsuetudines fore probatissimas. Itaq; adhos se ...õferre, & arcana status cuncta explorare decreverũt. Sed res longè aliter, ac spes erat evenit. Nã ...cùm circumirent, Leges quidem optimas, administros verò negligentissimos, cives pessimos ...epererunt. Erant quippe in DEUM prophani, ...n Magistratum efferri, in concives intractabi...es, in sese irregulares, in hospites illiberales,

reliquâ vitâ impuri & prodigi. Ad id cùm planè obſtupeſcerent, qui poſſet tam vitioſus ſtatus eſſe diuturnus, longâ & curioſâ indagine paradoxum illud ſunt expiſcati, infantes ſimplices & deliros ſuſtinere. Cújus cùm illi minus eſſent capaces, & perdidiſſe itineris labores Epictetus arbitraretur: Ut nihil ſit, inquit Zeno, quod noſtri imitentur, hoc non negligendum tamen eſt, *Chriſtianos male vivere, & beatè mori.*



ALETHEA EXVL.

Philalethes, & Alethea.

Ph.  RODI, timida, prodi. A Quis vocat? Ph. Ego, Philalethes tuus, quo fideliorem non habes: sed quid times? A. Vah non timeam, quę tot flagris cæsâ, tot injuriis notata, exulare tandem jussa sum? Ph. Gratulare tibi de tam honorifico exilio. Posteaquam enim à nobis abiisti, nescio quàm à multis requireris magis anxie, & amaris ardentiùs: atq; adeò ego huc missus sum, qui te optimorum quorumq; nomine salutarem. A. Oh! desine, atque me tenebris meis relinque. Quid enim boni sperem, ubi bonorum tanta est trepidatio, ut ad unius Sycophantæ minas omnes tremant? Neque video, quid salutationes tuæ aliud sint, quam susurri vel mussitationes quorundam, qui ad pelvis fulgur subitò conticescunt. P. Bono sis animo, Alethea! nescis, quàm seriò multis passim sis curæ. Neque enim angulus aliquis orbis te terminabit, aut manipulus lividorum suis interdictis cohibebit, quasi tres pateat cœli spatium, non amplius ulnas: cum tibi interim universum rei literariæ forum pateat, ubi innocentiam tuam & juvandi studium contesteris. A. Nunquā equidem, cujus mihi DEUS testis, futurū metuebā, ut, quod in universo nostro hemisphærio desiderarē, pauci aliquot ad se

revocarent; quod illiteratis, atheis, atq; ſupinis exprobrarem, eruditi, religioſi, ſeduli ægrè ferrent. Poſtquam verò me vidi in meros divinatores incidiſſe, qui in intimos meos receſſus ſagacitatem jactitant, miror, me auſam fuiſſe, cum tam intractabili hominum genere vel quoquo modo colloqui. P. Ignoſces mihi, ſat ſcio, Alethea, ſi liberiùs tecum loquar. Cum emendatum quædam ires, vellem dilucidius fuiſſe prolocutam. Novi enim permultos, non malos equidem, ſed qui in ſermonum tuorum perplexitate hæſitant, atque paſſim inſidias ſuſpicantur, quibus religioni, politiæ, artibus liberalibus, & in univerſum rerum noſtrarum ordini nocuiſſe volueris. Quos ſi audire liberet, dubium non eſt, mitiùs tecum ut plurimum actum iri. A. Eſtne verò, quàm ego, quiſquam, qui patientius audiat, & liberius atque candidius reſpondeat? Et quæ toties teſtata ſum, hypocritis ſaltem, garrulis, ardelionibus, cornutis male velle, non à bono aliquo, quòd obſcurius loquar, admonita ſum. Obſecro te tamen, Philalethe, ut quicquid etiam ab utriſque habes, in me effundas, qui hoc unum quæro, ut Veritas mendacii convincatur. Neque mihi erit grave ob patriæ amorem ſuccumbere: imò gaudebo, res noſtras feliciores etiamnum eſſe, quàm Alethea habeat, quod conqueratur. P. Faciam, quod me jubes. Tu verò memineris, non meam eſſe curioſitatem ſed alienos ſcrupulos. A. Tibi ego ſuccenſeam,
quæ

quæ tot improborum ſupercilia & nugas ferre didici? P. Dic itaque mihi, quid eſt, quod *Regno* malè ominaris, & florem ejus, qui hoc tempore noſtro mirè fragrare dicitur, flacceſcere ſuſpicaris? A. Non ſum neſcia, quanti Religionis puritas, Juſtitiæ integritas, pacis te diuturnitas terræ fertilitas, & horum arbiter ac rector, Sol ſereniſſimus æſtimanda veneant, neq; divinarũ ob hæc laudum unquam obliviſcor; ſed quid mirum, ſi, quæ aſtrorum peritiam habeo, neſcio quos, infauſtos ſiderũ quorundã ſitus deprehenderim, quæ nobis violentiã, luxũ oſcitãtiã, libidiẽ, pauperiem, infamiam nonnullorum præſagiant? Et memini, ſacram quondam Aſtrologiam in ſacra Dei æde haud paulò mitiora minitatam. Ex quo autem aliorum facti ſumus, qui magnis auri maſſis fidelitatem multis annis ſumus conteſtati, mirum non eſt, felicitatem etiam & famam noſtram eſſe vinculis impeditam: ſed, ut Ecclipſim, id ſaltem ſperem, & luminis breve impedimentum multa ſuadent, ac præ reliquis tot integerrimorum pectorum vota ac ſuſpiria. Inter quæ ſi qui rident & ſubſultant, mirum non eſt: cùm noſter interitus illorum ortus palàm deprehendatur. Tu verò, cujus pectus mihi notum, cum mille millenis aliis mecum ex animo lugebis, ſub *Innocentia* imperio malignitatem poſſe tripudiare? atque commiſeraberis potius ſincero ac ſilente pectore errores noſtros, quàm eoſdem infideli lingua non ſine lucro dealbatos comptoſque decantabis. Videamus te iterum, o patria, priſtino decore, pulſis nebulis, & Solem

tuum in Auge intueamur! Ph. Fiat! Euge, Alethea, quàm me ſcrupulo uno liberaſti! At me alius fortius urget, quod *Religionem* non Divi Lutheri herois auguſtam, aut Germaniæ concordem, ſed neſcio quam, ſanctulam ſecretamq́; oles, & Theologicæ eruditioni es iniquior. A. Id magnus Jehova prohibeat, quem ſupplex adoro, lucem, quam Lutherus, Brentzius, Bidembachii, Chemnitius, Andreæ, Hunnius, & alii beatæ & fideles mihi animæ, è favillis excitatam immortalibus ſcriptis diffuderunt, quæ Germaniæ Proceribus inter ingentes Antichriſti machinationes tanto conſtitit, quæ innocentis ſanguinis torrentibus ſubinde obſignata eſt, per univerſum terrarum orbem coruſcare & incrementa quotidie ſecus, quàm raſa calvaq; cohortes augurantur, ſumere patiatur! Cæterùm quod mores vitaque Chriſtianorum tanta licentia delinquunt, nec is eſt operum, qui verborum, fervor; charitatis, quàm acuminis ſtudium; patientiæ, quam litium exercitium; humilitatis, quàm jactantiæ voluptas, nemo Chriſti devotus mirabitur, ſi, quæ juncta Divina planè & ſacra forent, ſoluta minus æſtimantur. Nam qui olim ac hodie fortiſſimi athletæ Chriſti fuerunt, non magis Dialectica & Rhetorica, quàm præcibus & jejuniis; nec imperio, quàm facilitate, candore, liberalitate valuerunt, & rem contra Satanam utrimque, eruditione puta & probitate, gnaviter geſſerunt. At vulgus Sacrificulorum, altero apprehenſo, mirè ſibi placet, ſi armatam aliquã Theologiam, quæ meris Logices ſpinis aculeata, tum

ſtreperum

ſtreperum quid, cũ applauſu popelli tueri poſſit; cujus is eſt uſus, ut, velut lymphati, aliter dixiſſe, quam ſentiunt creduntvé, videãtur. Nam mox à Cathedra ad res ſuas reverſi, non minus Mundi conſuetudinibus replentur, quã ut res, evacuata aqua, aëre. Ph. At quis honor fidelibus *Christi Ministris*, quos divino beneficio paſſim intuemur? A. Ingẽs, nec à Mundo hoc infami petendus, unde plerumq; cũ pauperie & calumniis conflictan tur. Nam quia Chriſto regnũ, non ſibi, parant, nihil pingueſcũt: dein ea opinio invaluit, quiſquis vitam probatiorem quærit, Enthuſiaſta, Svenckfeldianus, Anabaptiſta audiat. Qui verò potuiſſet Satan Eccleſiæ DEI turpiùs illudere, q̃ fanaticorũ hominum nominib. optimum quẽq; cõmaculare? inſolentibus verò applaudere, & Orthodoxi nomen, cujus eſt liberalitatis, illis ſaltem tribuere, quos novit à Chriſto remotiſſimos, Mundi genuinos? Unde haud raro illacrimari oportet quoties video, hoc uno ſtrategemate pietatis ſtudioſis viã cœli amarã & inviſam reddi, ſoliũ illis Dictatorib. ſtabiliri, è quo hæreſeon infauſta nomina diſpergũt aſpergũtq; Quẽ illi verò ſemel infamia notãt, is vulgò Atheus, Hæreticus, Hypocrita, Magus, &c. creditur, quicquid cõtra verbis ac re ipsâ cõteſtetur. Ph. Vera ſunt, quæ dicis, Alethea, ac notata mihi. Nam & ego novi, qui totâ vitâ cum indecoro aliquo epitheto conflixerunt, nec beatiſſimo obitu malignas aſpergines eluerunt. A. Illorum quidem haud magni refert, quo nomine maculentur, qui JESU Crucifixo ſeſe tradiderunt: at me aliquo-

quorum miſeret, qui nulla malignitate, ſed credulitate tantum nimia, intempeſtivoque zelo bonos inſectantur, quos, ſi paulò propinquius noviſſent, magno amore forent amplexuri: quales memini, me nonnullos correxiſſe, magno ſuo rubore quidem, & temeritatis confeſſione, at majore emendationis gaudio. Ph. Itaque credemus te poſthac Lutheranam? A. Atq; ſinceriſſimam. Nec enim ullius mihi querelæ frequentiores, quàm divini illius viri Evangelicam licentiam prævidentis, cujus contra omnes hoſtes invictus calamus ſuorum diſſolutione, & aſtuto Evangelii prætextu penè languit. At tu cogitabis, non eſſe injurium , acutioribus ingeniis argumentationum Theologicarum tricas relinquere, mihi ſimpliciorem DEI cultum reſervare. In quorum utroque beatus Auguſtinus mirificè excelluit , hoc tamen ſenium ſuum, & animæ devotæ anhelitum unicè eſt ſolatus. Interim DEUM orabimus, nunquam nobis ſtrenui milites deſint, quibus fucatos *Fratres* & ſuſpectos *Pacificatores* fortiter pellamus, & verborum DEI ſimplicem fidem retineamus. Ph.
De Fraternitate. R. C. Quàm opportunè *Fraternitatis* admonuiſti: non enim neſcire potes, quid jam paſſim volitet, an ſerpat: tu verò ecquid commune cũ ea habes? A. Planiſſimè nihil.

hil. Nam cùm paulò antè lusum quendã ingeniosiorem, personatus aliquis in literario foro agere vellet, credidissem, hac imprimis ætate, quæ ad insolita quæque se arrigit, nihil mota sum libellis inter se conflictantibus, sed velut in scena prodeuntes subinde alios histriones non sine voluptate spectavi. At nunc cùm Theatrum omne variis opinionum jurgiis impleatur, & conjecturis, suspicionibus, maledicentia potissimùm pugnetur, subduxi ego me, ne imprudentiùs me ulli rei incertæ & lubricæ immiscerem. Quid enim opus est, *Famam* exponere, & ingenium periclitari, ubi meræ sunt nebulæ, & Chimæræ impugnandæ, ac mox sibi ipsi applaudere, cum tacito spectantium irrisu? Cautior ego, &, quod ad rem facit, tutior, si ad Divini Verbi Lydium lapidem Spiritus affricem; Reliqua DEO concredam, arcanorum unico Principi, & porrò veram *Christi Fraternitatem* devota mente tuear, quę humanæ carnis supremum est fastigium. Ph. Nonné verò ridebimus, te *Fraternitatis* illius sororem constanter & impudenter creditam? A. Ut tempora hæc sunt, nihil insolitum videri potest, aut inexspectatum. Sed tu quid aliud habes, quod accuses? Ph. Nescio, quid prius, aut posterius dicam. *Philosophia* omnis tibi acerbè indignatur.

tur. A. Philoſophia? Illa germana mea, qua poſt Divina Oracula orbis nobilius nihil habet, ego nihil charius? At tu cave, ne pro vera & genuina illa umbratilis aliqua tibi imponat. Hodie namque, ut quiſque literulis leviter tinctus eſt, ita ſe philoſophiæ delicium jactitat. Vide verò, quàm turpiter hæc humani generis regina habeatur. Nam, ut ab ipſa Artium ſcientiarumque claviculariâ incipiam, *Grammaticâ*, quis neſcit, eam plerumque hominibus deſperatis, ſordidis, & è foro literario ejectis proſtitui, & ingeniorum florem iis cõmitti, quibus nec eſt ingenium, nec cerebrũ; ſed quos capitis hebetudo, & morum diſſolutio ad Scholas, veluti lapidicinas, condemnavit, atro pane & frigida alendos? Succedit *Dialectica*, non ea, quæ ingenioſa ratiocinatione amat, & veritatem indaget; ſed loquaculum aliquod & imperioſum proſtibulum, terminis & nugis prægnans quæ, quia nihil omnino habet, quod dijudicet (abſunt enim, ne neſcias, in pleriſq; reliquæ artes) ſecum ipſa litigat, ac Syllogiſmus cum ſyllogiſmo confligit. Et hæc magna tyrannide Philoſphîam ſe jactitat, ſororeſque reliquas præ ſe contemnit, tantaq; inanitate Pſittacos ſuos implet, ut, quiſq; *Dialectices Erotemata* deguſtavit, ſubitò omnem Philoſophiam abſorpſiſſe

Dialectica.

corpsisse glorietur. Hinc de *Rhetoricæ* vix nomen & exuviæ supersunt, quæ sub Grammatices imperio ab iis subinde vapulat, qui Latinogræcè, aut Græco Latinè crocitantes, ineruditorum aures suavi, ni fallor, susurro circumvolant. Est autem & hic inclementius aliquid, quòd Rhetores proclamantur, quibus ne Epistolium quidem Latinum absque Prisciani vulnere scribitur, quibusque Æsopi fabula absq; Dasypodio (O quam benefico homine!) vix legitur. Ph. Quam ridicula es, Alethea, etiam lugens! sed de *Musica* quid videtur? A. O supercilium dicam, an stuporem literatorum! Nam cùm *Harmonia* Orbis terrarum vix quicquam habeat elegantius, sublimius, atque ingeniosius, meritò in ea indaganda Antiquitas solicitè laboravit, & concentuum rationes mēsurationesq; admiranda industria eruit. At nostra ætate quicquid cantilletur, aut digitis dexterrimè ludatur, vix centesimus Musices arcana adit, & suavitatis hujus origines è literis petit, nedum datas & veterum subtilitate productas capit. Tantæ factæ sunt nebulæ imperitis imperitis, quæ debebant esse mera lumina. Idem de *Arithmetica* cōquerendum est, quam magnifici illi Magistri, velut mercatorium compendiū, habent despicatui, ipsi, ut uno verbo dicā *Arithmeticæ.*

tanto.

tanto hominis faſtigio inhabiles, ne indignos pronunciem: quod tamen condonari miſello gregi facilè poſſet, hominibus ad conſarcinandos *Calepinos* natis, niſi ſe Muſices, Arithmetices, ac uno hiatu *ſeptem Artium Philoſophiaque Magiſtros ac Doctores* impudenter profiterentur. Quid Arithmeticæ? etjam *Coßica*, cuius vix nomen inaudiverunt, cujus una æquatio Phrenefin illis adferret? Audent tamen *Mathematicos*, eoſque ingenioſiſſimos juxtà ac celeberrimos, velut fatuum aliquod nimiſque otioſum genus, irridere, & inſulſiſſimis dicteriis petere: quaſi regium ſit, ſyllabam nectere; ſordidum verò, numerorum miras progreſſiones veſtigare. Quod ſi & *Geometria* dignitatem, præter infinitum vitæ humanæ uſum, æſtimare velimus, quanto id fiet, Magiſtellorum opprobrio! Atque utinam illi ſaltem ingenuis & exquiſitis Artibus parcerent, neque hanc meam indignationem provocarent! Cæterùm dum illis licet impunè, exactiſſima quæque conculcare, ſuos efferre ſtilos & pugillares; libet & mihi, inſultare hominibus tam curtæ ſupellectilis. Neque enim aliud eſt quod humi repere, & literas, ut ita dicam, propè omnes ignorare facit, quàm quod ad Matheſeos cotem duriſſima ingenia nunquam acuerunt.

Geometria.

Geome-

Geometriam ſanè neſcire, quid aliud eſt, quàm dijudicationis eruditioris dimidium ignorare? Nam cùm in humanæ ſocietatis inſtrumenta ſe diffundat, meritò Plato & Philoſophorum acutiſſimi quique ἀγεωμέτρητον crediderunt intolerabilem. Ph. Vide, ne te pręcipites. Nam ſi ad Matheſin eruditos omnes rigidè adigas, & ſeptemplices jubeas Magiſtros omnes, quàm prolixum celeberrimorum virorum catalogum condemnabis, quibus ingenium ad tot ſtudia non vacavit! A. Quàm es incogitans! Meminiſti, temeritatem me iis exprobraſſe, qui omnium artium peritiã magno aliquo *M.* profitentur, cùm vix unã alteramvé honeſtè tueantur: veluti ſi quis ſe Pharmacopœum, pictorem, ſculptorem, horologiopœum, aurifabrum, &c. magnâ confidentiâ venditet, ipſe ſartor & artium illarum penitiſſimè rudis, nonné, indignareris vel rideres certè? Ph. Ha. ha he! A, At tu paſſim videas literatos, quibus ne vulgaris ſupputatio quidem, aut Euclidis prima Elementa, aut cœli univerſi unica ſtellula cognita; nondum abijciendos tamen, niſi eos, quibus hæc cura ac induſtria eſt, ambitioſiſſimè perſtringerent, ſeſe ſupra polos omnes, efferrent. Nec enim coacti ſumus talia diſcere; ſed quæ neſcimus, eorum peritiam mentiri, ac paternis

paternis nummis emptos fumos iterum vendere: id cujus integritatis sit, non facilè pronunciaverim. Nec verò dubito inter tot Magistrorum exercitus insignem numerum reperiri, qui magna laude & ingenti usu *Artium Encyclopædiam* impetrarint, indeque Reipublicæ simul ac literariæ immortali fama profuerint, vel sanè è singulis, quantum opus erat, & studiorum meta requirere videbatur, delibantes, ad seria magis se contulerint; denique, si nihil eorum ingenio arrisit suo, in aliis benevolo animo approbarint. Quorum utinam quis catalogum conficeret auritis illis opponendum, & cum insipidis nugarum institoribus committendum? Videre autem liceret superiore ætate viros eruditione refertissimos, propinquiore minus celebres, nostra nobis tantum, nec alibi æquè suspiciendos: ut Castalias acidulas fortè dilutiores hodie, quã pridem, credere possemus, nisi nos divina aliquot ingenia, sed ea minùs vulgo æstimata sustinerent. Ph Hem, quam iniquè accusata es, quę virulenta vecordia offuciis tuis imperitorum simplicitati imponere, adeoque universam rerum optimarum parentem, *Philosophiam*, pedibus conculcatam ire volueris? A. sine, sic loquantur, & Philosophiæ injuriam interpretentur, si quis Alogon,

Anarith-

Anarithmon, ἀγεωμέτρητον, Amuſon, Aphyſicon dubitet Philoſophum. Mihi verò querelæ illorum *Rhetorum* nondum exciderunt, quib. olim nimis facilem honorum diſtributionem ſunt inſectati. Cæterum eruditorum memoria ut ſemper ſacroſancta mihi erit; ita maximè velim, eos undique proſtare, quotquot vel artibus vel ſcientiis optimè meruerunt, quo reliquorum imperitiæ, veluti noctuis à Sole, major caligo & infamia adferatur. Nemo enim, opinor, ejus erit ſtuporis, ut credat, vel omnes, quotquot Magiſtralia pulpita adſcendunt, eſſe omnium artium peritos, vel qui ingenio diligentiaque valuerunt, aliorum ſocordia maculari. Nam & *Nobiles* fatentur quoſdam ſui ordinis ignobiles, & equites agnoſcunt aliquos minùs ſtrenuos; una literaria tyrannis omnes nobis politiſſimos & ſuperelementares obtrudet? Patiamur autem ſimplicioribus cum lucello imponi: nobis ſanè aliter ſentire liceat; qui cum talibus quotidie haud jucundi congredimur. Nec deſunt equidem, qui palàm imperitiam ſuam ingenuè fateantur: alii verò, ubi ſemel artium deguſtatione, ſub *Magiſtri* titulo ſunt admiſſi, perrexerunt, & Philoſophiæ interiora non ſegniter ſunt contemplati. Unde præclarus eſt *honorum graduumq́;* uſus, ſi non ſiſtant, ſed ſtimulent potiùs; nõ ſaginent, ſed perpetuum appetitũ alant; non ſoporent, ſed vires ſubinde novas affundant. Viderint autem iſti Janitores, qua fronte dignos mixtim & indigniſſimos admittant, quibus

è Repu-

è Republica victus non minùs, quàm peritissi-
mis decernitur, posteaquam magnâ cura & soli-
cito examine approbati creduntur. Ph. Abriperis
neque *Astronomiam* verbulo es dignàta A. Quid
eam offundam terrenorum sordibus? Nam, quæ
debebat esse hominis sum̃a voluptas, cœli mo-
tiones & astrorum admirandas rotationes no-
visse, ac reliqua ingentis machinæ phænomena
nobile indagine perscrutari, ea supervacua & i-
nepta aliqua speculatio creditur, non iis, qui pa-
triam regunt vel tuentur, nec quibus terræ est
ingeniosior anatomia, sed qui nomina in *V*. ve
desinẽtia in *OX*, magna trepidatione conquirũt
& plumbeis stilis solidissimum quemque confo-
diunt. Sed bene est, postquam scholasticos cala-
mos omnes detrivere, à Calendariorum icun-
culis non mitiùs, quàm bubulcum aut opilio-
nem quemvis, eos suspendi, & ad rubri, nigrive
atramenti spes minásve circumagi: quàm insi-
gne id verò operosæ literaturæ prætium? quàm
gloriosum, ad agricolæ modestas & timidas
quæstiones turpiter negari? quàm pudendum
potius, ut conscientiam tuam appellem, à vini-
toribus, ruricolis, mulierculis, ac brutis ipsis cœ-
licarum conversionum annotatione superari
Superest enim alia Schola, quæ post Academi-
cæ Sapientiæ plenos cyathos, hellebori aliquo
cados propinat, & ignorare convincit, quæ scire
magnis juramentis asseverasses, humana nem-
pe *Conversatio*, quæ in dies majora pluraque exi-
git, quàm Scholasticæ incrustationes pollicen-
tur, quæque in manticæ literariæ, quod à terge
est

ſt, ſalſiſſime ridet & pudefacit. Ph. Relinquamus artes, à quibus tute permultos abſolviſti, ſi equiores eſſe velint: illud tamen fateri te oportet, neminem, niſi Phyſices gnarum & Ethices peritum, ab eruditionis cenſoribus approbari. A. Quas tu nugas agis, amice? Nam, ut ut paucos videas artes doctos, pauciores tamen *Phyſicos* reperire eſt. Nolo autem *Erotemata vel Epitomas* pro Phyſica admittas, quæ junioribus optime præſcribuntur, ut his primis gradibus Naturæ veluti initientur, & ad Univerſitatis hujus auguſtiſſimam contemplationem præparentur. Cujus ſpectaculi Plinius ingenioſiſſimus index eſt, omnino glorioſulis illis opponendus, qui, quanta ſit rerum naturalium amplitudo, quanta ingenii humani ſocordia vel lippitudo etiam; is tamen eò infelicior, quòd à paucioribus adhibetur. At tu, quæſo, mecum perpende, quàm exiguum de Motu, de Cœlo, de Meteoris, de Anima addiſcatur, quàm minima exigui hujus intelligantut. Quòd ſi tales in Naturæ theatrum producuntur, quàm ſunt peregrini, quàm ex ultimâ Barbaria advenæ? quàm ſtupent, ſilent, rubent! Teſtor Medicos, Chymicos, Agricolas, Nautas, Venatores, Metallicos: nihil illis æque inviſum, aut certe ridiculum, quàm Epitomicæ Phyſices Studioſum. Neque hæc querela ſecreta eſt, ſed plane publica, nihil eorum in Scholis didiciſſe, quæ ad Naturam ſolide perſcrutandam faciat: quæ ſive doctorum, ſive diſcentium culpa eſt, magna equidem culpa eſt, Ph. De

Ethica aliter ſenties, quæ planior eſt & humæ vitæ propinquior. A. Paulò mitiùs. Quid enim juvat, ſumma morum civilium culmina perſtrinxiſſe, & *ſupremi boni* idolum ſculpſiſſe, ſi ea ad vitæ conſuetudinem parùm inſtiant, & adverſitatum procellis occurrant? Quà jejuna enim ea ſint in virtutis arduo clivo deſudanti, malim ab alijs audire, quàm cum invidia efferre. Ac quia Prudentiæ Ethica magna parte ſubeſt, nemo miretur, à juvenibus eam minùs exſpectari, qui vitæ humanæ anfractus & lubrica nondum explorarunt. Unde mihi ri ſæpiuſculè contingit, quæ tandem audacia imberbes nobis ac impuberes *Politicos* pariat, qui Leſbiis regulis Mundum dimetiri audent, & Leges papyraceas Univerſitati huic ferre, ipſi vix crepundiorum legibus ſoluti. Jucundum tamen eſt, intueri illos orbis Reformatores paulò pòſt uxoris aut familiæ impoſturis circumagi, ac, naſo qui penetralia terræ olfacere credebatur, ridiculè ſuſpendi. Ph. Noli mihi, ò Alethea, *Hiſtoriam* præterire. A. Hiſtoriæ decus alibi adſtruxi: quæ, quia mecum exulat, libens tacet, & imperitiam eorum ridet, qui quod ſua tantùm facinora à triviali ſchola ad ſuggeſtum, id eſt, à virga ad ſceptrum recitare norunt, univerſi Orbis compendium poſſidere ſomniant. Hinc illis urbs Orbis, epitome Bibliotheca, triviũ Monarchia, pileolus diadema, ferula faſces, Leges Scholaſticæ anathemata, unoque verbo magnifica omnia. Atqui illis ego Chriſtophorum Milæum opponere ſoleo,

eo, quem, aut mentitur Alethea, vix decimus quisque absque mentis deliquio intuebitur. Usque adeò diffusa est vitæ humanæ fabula, ut vix immanis illa machina comprehendat, ne dum unicum terræ punctum, quantumvis celebre, capiat! Ac ô infelicem humanam eruditionem, quæ Athenis S. inclusa adeò sit, ut, quicquid undique ignorantia peccetur, his unis vindiciæ severissimæ parandæ incumbant! Ph. Jocaris, tu mea Alethea. Nam quis nesciat, passim Europam ingeniis excellentioribus scatere; indeque peregrinantes, veluti mercatores, quicquid ubique rarioris eruditionis & inventionum selectissimarum, conquirere. A. Non satis ex usu hîc nobiscum agitur, quoniam non satis aptos emitimus: Velim tamen, pulvinares illos dictatores sæpenumero invitos extrudi, ut qua sunt inflati distentique domestica imperitia, eam aliena scientia expelli cogerentur, nullo dubio & suo profectu, & nostro mitiore obsequio. Cæterùm quid opus foret, aliunde addiscere, cùm librorùm optimorum, quos possident, magnos acervos hominibus abscondant, vespertilionibus, muribus, tineisque patefaciant, nisi affectata obstinataq; rerum humanarum imperitia allubesceret, ac exinde, quicquid variam multamque lectionem spirat, exterminandum crederetur. Ita enim cæculis suis meri Platones, Cicerones, Galeni, Livii, Virgilii, Archimedes, Plinii, Papiniani, adde, & Augustini ac Hieronymi, videbuntur.

quibus non licet vel per rimulam aliorum eru-
tionem profpicere. Utinam verò *Gefneri*, viri i
veteribus diligentiâ certantis, *Bibliotheca* un
que ac publico fumptu extaret, fi nullo alio u
certe, ut quicunque capacioris funt ingenii, t
infignium laborum cùm olim, tum nuper exh
bitorum commonefierent; qui obtufioris cer
bri, aliorum fama induftriaq; diverberarentu
Ph. Satis tu pro Hiftoria, fi quid in ejus laude
fatis dici poteft A. Atqui hoc unum faltem teti
quod multorum nos admoneat, quæ Philau
aftute abfcondit, & immodeftiores in dijudica
dis aliorum ingeniis reddit, ac perfæpe, qui un
us literarii angiportus infpectores facti fumu
totius eruditionis Confulatum accepiffe, nob
ineptè perfuadeat. Quòd fi plures Hiftoriæ uf
enumerare vellem, finis non foret, Tu verò a
omnia calumniatorum tela ejaculafti? Ph. N
fcio, quàm me inopinatò confuderis, qui plur
ma tibi eram exprobraturus. Nam, dum art
percurrifti, magnam malevolorum turbam p
defecifti: quorum hoc unum fapere eft, ftult
tiam tegere, & auriculas immane alioquin pro
minentes complicare. Vulgus fupereft? at
alienis oculis videns, auribus audiens, fua dei
lingua garriens; quem fi audire poffes, non nih
adderem. A. Poffem utique: fed quid opus eft
tam diffonas chordas concordare, aut, ut veriù
dicam, ex balatu, mugitu, grunnitu, ruditu fua
vem aliquam quatuor vocum melodiam com
ponere? Peccant alii fimplicitate crudelitatéve
& *Veritatem* ajunt famofum libellum: alii fœ
num

um suum secure depascunt, ac, si quis propius accedat, cornu feriunt: alii inquinamentis immersi, ne tangi quidem absq; ronchis possunt: alii denique nec lecta, nec selecta, nec intellecta abijciunt, condemnantque, ac carduos rosis, liliisque præferunt. Ph. At at! jam in mentem revocasti, cujus te maxime admonuisse oportebat, ne posthac tenebrosis, aculeatis, velatis, famosis chartis, quibus Romano Imperio interdictum graviter est, alienæ famæ & gloriæ insidiari pergas. A. Cum quo loqueris? Ph. Tecum, Alethea, tecum, quæ tam pessime audis. A. Mecum verò, quæ meo periculo, pietatis, integritatis, eruditionisque famam vindico? Ph. Tecum, inquam, de qua non vulgi hæc, sed Patrum patratorum querela est. A. Ausis mihi unum nominare? Ph. Ausim; sed in aurem: accipe. A. O stuporem, & omnis antiquitatis simul ac recentium rerum ignorantiam? Nam quid veteribus *Poesis*, inde *Comœdia*, quid mox *Satyra*, quid *Apologus* aliud fuit, quàm morum humanorum publica, sed falsa atque ludicra notatio, quam Græci Romanique liberam esse voluerunt ac inviolabilem, quam diu ipsis Libertas stetit: neque sanè unquam, nisi tyrannis, displicuisse notata est, quorum refert, flagitia nesciri, vel sane haud exprobrari. Et quis credat, tam delicatos nostros ac impatientes, qui nondum novacula tacti, alios prohibeant mordaci radere vero; imò qui communia peccata in singulares homines à publica criminatione referant, simulque

irafcendo agnofcant vitia, & fibi maledixiffe invitam cogant? Ph. Nefcis tu perduellionem, fi quis liberiore lufu vitiorum fpecies petat? A. Ah ludi fimple Magifter: tu verò Philalethe, oppone iis Lutheri Comitia picarum, Melanchtonis Didymum, Erafmi Julium, Curionis Ecftaticum, Fraxinei Hinnulum, Vergerii Actiones, D. Eberhardi Wirtenbergienfis Dimnam, Gentilis Auftralem terram, Barclaij Euphormionem, Reuchlini Obfcuros, Hutteni Dialogos, hominum eruditiffimorum& integerrimorum, quorum ludi fub alienis laciniis acti nunquam perduellionis accufati funt, potiùs ad omnem pofteritatem, magna ingenii fama proftabunt; tum aliorum Analyfes, Synopfes, Expofitiones, ac Conftructiones piperis fervandi cucullis dedicabuntur. Sed & noli prætermittere Erafmi Moriam & Ciceronianum, Mori Utopiam, Lipfij Somnium, Heinfij Herculem, Cunæi Sardos venales, Ochini Apologos, Holderi Afinum avem, &c. Schopperi Reiniken, Rolhagij Batrachomyomachiam, Stephani Apologiam, Senecæ Claudium, Frifchlini Prifcianum, Naogeorgi Jeremiam, Cardani Neronem, Fifchardi Rhytmos, admiranda planè opufcula, quibus caperati; illi & fupercilioſi in arenam protracti, aceto literario funt perfufi. Quæ fi maximè fua quodque ætate non abfque indignatione funt excepta, hodie tamen cum perpetua Hogoftrati, Murneri, Ortuini, & fimilium infamia tutiffimè perleguntur. Sed, ut magis feria proferamus, quid

Wolfius

Wolfius noster, quid *Flaccius* operibus suis laudatissimis potissimùm egére, quam suspiria, murmura, dicteria, quæ sub tyrannorum insolentia exaudita semper sunt, reddita libertate, in lucem ut proferrent? Onus Ecclesiæ, Golias, Ganfredus, Marsilius Patavinus, Bernhardus Westerrodus, Vincentius Ferrarius, & sexcenti alii pridem infames & mecum latitantes, nunc *Veritatis* nobis *Testes* invicti, sunt, adeò ut Poëtas, Petrarcham, Dantem, Mantuanum, Sannazarium nemo Theologaster jam prætereat, quisquis prima ac imbellia arma contra Papæ politiam sumit. Itaq; haud ægrè fero, si aliquandiu ampullatis illis bullis cedendum sit, cùm & Christus ipse Pharisæorum Sadducæorũq; veritatis luce devictorum iræ non nunquam cesserit. Hæc enim Hypocritarum crux est, ut, quò ringuntur vehementiùs, & se circumvolvunt sinuosiùs, eò pateant evidentiùs. Cujus B. Lutherus insignis testis esse potest, Monachorum importunitate atque impudentia stimulatus potius, quàm cohibitus, non obscuro nobis documento, quæ impotentiùs excusantur, notorio vitia magis suspecta & despecta esse debere. Ph. Quàm defæcato animo sum, Alethea! postquam suspicionum, divinationum, animadversionum, scrupulorum nugas magno numero mihi exemisti: nec tamen ita

Wolfij Centur. Flaccij Testes Verit.

plane liber ſum, quin minutiæ ſuperſint. A. Noli, obſecro, fermenti atomum tibi relinqui, quod opinione citiùs ſapidiſſimam maſſam inficere poteſt. Ph. Ain'tu, aliquos Eccleſiæ ſubrepere? A. Etiam ſe intrudere, Ph. Et vitam à doctrina non nunquam diſcrepare? A. In Eccleſia vocales, in foro conſonantes eſſe. Ph. Quid? an inæqualiter multi aluntur? A. Sic, ut pingueſcant alii, alij tabeſcant. Ph. Politicis tu quibuſdam diffidis? A. Non minus, quam annuis Prognoſticis. Ph. Dolent Latinitatis privilegia? A. Illatinis promiſcuè conceſſa. Ph. Chriſto Scholas iniquiores ſuſpicaris? A. Certè Ariſtotelicas. Ph. Cœlum vereris aliquoties vendi? A. Pauperum querela eſt. Ph. Divitibus ne nimiùm licet? A. Adulterantur, heluãtur, &c. impunè. Ph. Et minùs ſeriò res humanæ reguntur? A. O feneſtellas DEUS adaperiat! Ph. Ecquid verò Virtus eſuriat? A. Strenuè, niſi cognata ſit. Ph. In Pædagogis quid deſideras? A. Extra Scholã propè omnia. Ph. Fiſcus quid offendit? A. Quòd panem liberis debitum canibus proijcit. Ph. Magiſtros ſeptemplices negas? A. Vix ſimplices quoſdã ajo. Ph. Gradus tibi nimio veneunt. A. Imò minimo. Ph. Pompas culpas? A. Scilicet Ethnicas. Ph. Satin' proſpectum nobis eſt. A. Satis, ſi animam, corpus, bona ma-

lumus

ſumus, quam argenti unicam concredita. Ph. Quæ tibi nova taxa eſt? A. Hinc minæ auri, illinc micæ cerebri. Ph. Neſcio, an amor mihi, & perpetua tui conſuetudo imponat; nihil eſt quod te amplius urgendam cenſeam: illud jam potiùs mirari ſubit, quî potueris tam multis diſplicere. A. Ne mireris: quin imò pauciſſimos *Stultiferæ Navis* remiges ſcito, quos ſequi, velis nolis, neceſſe eſt. Ph. Licetné ex te quærere, quibus judicibus condemnata ſis. A. Jam exoratura te eram, ut audires. Lubet enim humani ordinis monſtra exagitare, ut palàm ſit, nunquam Ariſtidem iniquius Oſtraciſmo mulctatum, quàm Aletheã Anathemate. Memineris verò, non unius fuiſſe ordinis, qui exſulare juſſerunt: itaq; diſtinctiùs informãdus es. Primus ergo mihi aula interdixit Sycophanta, perſpicilia, novaculas, cucurbitulas invenire, ſuffitus facere, atq; cuniculos in regni penetralia agere gnarus. Qui, ut primùm animadvertit, me in ungues ipſius intentum, & fœtoris impatientẽ, nihil prius habuit, quã me Patriæ proditorem inclamare. Quid ageret lupus aliud, quàm canem perivigilẽ accuſaret, ac, ſi liceat, ſtabulo abigeret? Ph. O fortunatàm terram, quæ à civibus ſuis regitur, nec ambitioſis nimiùm, nec tumultuariis, nec temerariis, nec peregri-

1. *Tyrannis.*

no ſucco imbutis? infelicem verò eam, cui pectora alienigena, linguæ exoticæ, manus inaſſuetę multo auro concilianda ſunt? A. Alter ex ſacro ordine Sten-
2. *Anti-christus* tor aliquis, animi elati, Eccleſia expulit, humani generis, ut planiſſimè dicam, odium. Neque enim cuiquam belluinum illud *Oderint, dum metuant* exactiùs competere, mecum, quicunque informi monſtro ſubeſſe coguntur, libenter fatebuntur. Hujus tribunitiis ſermonibus faciliùs frater contra fratrem concitatur, quam Chriſtiana charitas ſeritur: neq; credibile eſt, unquam S. Spiritum adeſſe homini furioſo lividoque. Ph. Eheu duram Chriſtianorum ſortem, quos non potiùs tranquillitas, modeſtia, charitas, liberalitas paſcunt, quàm æſtus, jactantia, odium, rapina
3. *Sophiſtica.* depaſcunt! A. Tertius literarium mihi forum occluſit fumivendus, fucata loquacitate formidabilis, peſtilens animal, & cui cœlum terra, religionem hæreſi, ſanguinem atramento, Europam Aſia miſcere luſus. Non habet Arithmetica tot numeros, quot ille Vertumnus facies. Sive Veſperas Siculas velis, ſive crepuſculum Sanbartholomæanum, ſive epulum Danicum, ſive ſucceſſionem Ottomannicam, omnia hic calamus audet, non Draconis ſaltem graphi-

graphiario, ſed Stygiæ paludi intinctus. Ph. Vah, ut apes mera mella, ita araneæ mera venena ſugunt: tantum intereſt, in quem hominem literæ incidant. A. Quartus è publica platea abegit, Stupor, cornutum pecus, non quòd revera male vellet; ſed quod aliis odioſam audiret: non, quod libertatem meam ferre non poſſet; ſed quòd non caperet: non, quòd aculeis offenderetur; ſed quòd nihil ſentiret. Vidiſſes valde iratum, & velut Grammaticali bello, Heteroclitis, Anomalis, Gerundiis & Supinis omnia perſtrepere. Formidabile tamen non eſt: nam ubi deferbuit, ſubſidet iterum, neque cordatiorem quemquam intoxicat. Huic facilime omnium condono: quia neſcit, quid faciat, & ſuas ipſius quotidianas querelas imprudens condemnat. Memini eaſdem voces, eadem verba perſæpe ex ipſo audiviſſe, quæ jam in me ſceleſta credit: tam parùm capitis & lixivii memor eſt. Ph. *Parcite, proni procelli: poſthac potiemur pace perenni: Paciſci placeat porcis per prælia prorſum: Plurima porcorum perierunt paſcua paſſim.* A. Ita M. Grunnius Corocotta eos amet. & teſtamento aures, oculos, proboſcidem, ac pertinacem Spiritum det legat? Quid enim cum his confligere libeat,

4. *Barbaries.*

quomodo feriant? Sed quid tibi videtur de meis sive censoribus sive judicibus? Ph. Permultum. Nam sic demum proscribi, gloriosum est. Tu verò an dicere mihi posses, multosné, an pauciores hæ pestes occuparint? A. Non satis liquet: pauciores tamen crediderim. Nam per multos reperire licuit haud iniquos mihi, sed qui nolunt patere, & cum illis tyrannis committi, sive quòd quietis sunt amantiores, sive veritatis amore non satis consolidati. Amo tamen vel timidiusculos illos: quoniam errorum nostrorum scintillæ illis micant, & inter tot offuscationes visus est acutior. Scio etiam, haud paucos meliora de illa humanarum tenebrarum, sive, ut mitiùs dicam, opinionum quadriga sperasse: qui ubi, intemperiem senserunt ac violentā pertinaciam, valde sunt conturbati. Nam manifestissimarum inconvenientiarum immodicam tutelam suscipere, quid aliud est, quàm ex hominibus bruta, ex videntibus cæcos velle facere: qualia sunt, Religionē inter tot Hypocritas nihil maculari, Eruditionem inter tot beanos esse universalem, Mores inter tot Epicureos esse exactissimos, Ecclesiæ thesauros in tanto luxu piè impendi, Justitiam in tanta confusione esse æqualem. Quæ omnia magnis minis obtrudere, est ferro faucib. apposito risum extorquere velle. At nos annalium nostrorum sive fastorum usq; adeò imperiti non sumus, quin ætatem cum ætate, & pridiana acta tum hodiernis conferre valeamus: nec etiam Christi ille bajulus ex-

cidit, cujus pietate & prudentiâ parvæ res creverunt, turbatiſſimæ ſunt miro ac celebri ordine compoſitæ. Cujus pondera quia paulatim elevantur, ſagaciſſimus quiſque rem communem attolli metuit. Sed eam rem ego Ordinibus curandam relinquo, quorum jura tam fidem DEUS atque Poſteritas requirunt. Mihi ſatis ſit, querelarum admonuiſſe, quas, dum obambulo, majore numero ac fervore, imò & lacrimis ac ſuſpiriis prolata accipio, quam multi intra cancellos & muſea ſua exaudiunt, in quos tamen oculi omnium ſperant. Ph. At quid fiet, ſi poſthac lateas atque ſileas? A. Tum lapides loquentur. Mihi certum eſt, nunquam ſic poſſe homines obturari, quin aliquæ rimulæ ſuperſint, quas nec Papa, nec Cæſar, nec Davus, nec Oedipus omnes obſtruet: cujus tibi univerſi hiſtoria teſtis eſſe poteſt. Et quid non auſus eſt noſtra ætate *Thuanus* meus, libertatem nactus, jam nullo dubio mecum proſcriptus, ſi in meos homines incidiſſet. Ph. Cum queîs verò porrò converſaberis? A. Cum brutis potiùs, quam hominibus. Ph. Quaſi verò homines nõ ſatis brutales ſint tibi ac beluini? A. Utiq; ſatis: ſed cùm nunc leoni, nunc cato, nunc lupo, nunc cani, nunc ovi, nunc hirco, nunc lepori ſerviendum ſit, plurimum intereſt, cui ſervias: nec enim æquè facilis ſervitus eſt. Mihi verò poſthac cum aſinis vivere lubido eſt. Ph. Haha he! nempe quia auribus valent, & tergum verberibus aſſuetum habent. A. Potiùs,

quod, ubi ſemel prolapſi, eo nunquam revertuntur. Ita quæ ſmegma meum & lixivium in ſcabioſa & pediculoſa capita perdidi, nunquam ad tam ſordidum laborem revocabor. Ph. At ego locum tibi longè amœniorem & liberaliorem ſuaſerim. A. Quem tandem? Ph. Eleutheropolim, quò amici invitant integerrimi, cordati, ingenioſi, ſagaciſſimi. A. Iam dudum iſtud monita ſum: at me neſcio quàm natale ſolum alligavit, cujus decori libenter ſanguinem meũ impenderem! Neq; enim adeò impatiens ſum aut implacabilis, ut ferre atq; diſſimulare injuriam aliquam non poſſim. Unde hunc mihi ſpecum volens elegi, dum refrigeant, quibus inutili calore pectus eſt occupatum. Quò enim quis iraſcitur inconſideratius, eo ſe paulò poſt ridet effuſius Ph. Crediſne, poſſe tam tumidos contra te ſpiritus iterum ſubſidere? A Quidni lacunę conquieſcant, cum vaſtum mare tempeſtatibus ſævum tranquilletur? Ph. Non licebit, crede mihi, per ranas. A. At eædem coaxant ſaltem, non mordent. Ph. Moleſtæ tamen ſunt. A. Sed frigore obmuteſcunt. Qui tu vero ſcis, ſemper illis fore tam tepidam auram? Ac, ut maximè ſit, quod precor, nunquam tamen iis deerunt aves formidabiles. Ph. Quid vero jam referam amicis tuis, qui paſſim de te ſunt ſoliciti? A. Iube bono animo eſſe. Nam quæ dixi, certiora turpioraq; ſunt, quàm quæ terriculamentis eludi, nugis excuſari poſſint. Sed nolim ego meâ loquacitate noſtra dedecora diduci amplius, ſi liceat impunè de aliquibus monuiſſe,

nuisse. DEUM autem orabunt sedulo, ut is Ecclesiis Politiæq; aspergines sua correctione detergeat, ut, quantum terreni nobis Mundus impingit, tantum divini Sacer ille Spiritus intra nos affundat: Ita cum hostibus nostris tutius confligemus. Ph. Nullamne salutem dicis? A. Omnigenam, optimis quibusque distribuendam. Ph. Qui segregavero? A. Vah! notæ evidentes sunt. Salutabis Theologos, candidos illos, humanos, hospitales, non turgidos & streperos. Salutabis Jurisperitos, humanæ societati accommodos, non autonomos. Salutabis Medicos exporrectæ frontis, non biliosos, tristes. Salutabis Ethicos faciles, nō lubricos. Salutabis Physicos sagaces, non credulos. Salutabis Mathematicos ingeniosos, nō loquaculos. Salutabis Historicos, veritatis testes, non adulatorios. Salutabis Logicos rationabiles, nō cornutos. Salutabis Rhetores lacteos, non felleos. Salutabis Poetas sobrios, non salaces. Salutabis Musicos cygneos, non anserinos. Salutabis Grāmaticos dexteros, non supercilios. Salutabis studiosos sedulos, non bibulos. Salutabis plebē laboriosam, non nugivendā. Ph. Tandē & mulierculas atq; puellas salutabis. A. Si quid salutis superit, non invideo. Nam cum in omnē Mundū dominari nobis videamur, haud raro à muliercu lis duriter regimur: &, qui Rempublicam sartam tectamq; nostra industria volumus, vix satis puellarum pudorem custodimus. Tantæ lubricitatis est, humanis ingeniis imperare, & res omnes ad amussim nostram velle dirigere!

Itaq;

Itaq; mediocri aliquo ſapientiæ genere acquieſcamus, neq; ſumma rerum cacumina pervolitabimus. Sed & paſcemus nos Verbo DEI, cuius vel altitudo vel profunditas ſatis nobis eſſe poteſt ad exercendum ingenii noſtri ardorem: reliqua DEO cõmittemus. Ph. Gratias tibi ago, Alethea mea, quæ candidè ac fideliter, quidquid bonorum pectorib. ineſſe poteſt ſuſpicionis, diluiſti: neq; metuo, ne Veritas mendacium dixerit. Quod ſi malorum fœcunditas plura atq; alia calumniarum iacula pariat, relinquemus ea parentibus ſuis, & denſiſſimam caliginem commiſerebimur. Erit fortaſſe, cum & illi nobis accedent. A. Amen! Sed & tu gratias habeto, qui me bona fide monuiſti; oroq; vehementer id porrò facere velis. Nec enim oculorum ſatis habemus in tanta rerum humanarum caligine. Ph. Faciam, quod me decet: te verò mihi DEUS ſervet! A. Te DEUS Veritatis amore & cognitione augeat! At iam vale, Philalethe. Ph. Infinitum vale, Alethea.

DEO, VERITATIS LIBERTATISQVE TVTORI ET Vindici, Gloria.

APO-

APOLOGI

PRIMO MANIPULO CONTENTI.

3. *Can-*

MANIPVLO III.

12. *Do-*

MANIPVLO IV.

19. Mo-

MANIPULO V.

26. *Lin.*

MANIPULO VI.

33. *Præ-*

F I N I S.

Errata.

A. 2. l. ult. quid in his. Ibid. b. l. 17. pro est, leg. & A. 7. b. l. 21. & 22. redolent. A. 10. b. l. antep. At ego. A. 11. b. l. 15. in posterum. p. 5. l. 21. &: (dele C.) 6. 5. pronunciare. 9. 17. suppeditet. 13. 21. pro res: leg. nos. 15. l. ult. sobrieq; 22. l. penult. animadversa. 25. 25. dixerint, adde, Aut [illegible]cturi sint! l. 27. ignorantibus. 26. 26. Credamus (adde) non credamus, inquit. 28. 23. Fibullius. ib. Percas. 34. 11. alienæ 40. 15. benigne (adde) habita. l. 29. enses 42. 4. Mathematicis 49. 9. In fidem. l. 10. *in* jungitur. 51. 28. Ecclesiasten 52. 14. serviet. 55. 21. *Ignorantiæ* l. 22. appetituum. 56. 3. postmodum 61. 7. oliveti. 68. 5. monumenta. 71. 11. cucullum. 73. 7. dele: non. l. 9. obliquatur 77. 8. comportantur 79. 16. Spagiricæ. l. 19. Euclideæ 82. 12. poliorcetis 84. 15. delicati. l. 20. homini. 85. l. pen. rotationes 86. 20. crepent. l. 28. dele: quis. 90. 2. fama. l. 9. are 91. 6. abiiciat. 92. 17. afferretur. l. 23. tripudiantes. 93. 8. omnili-

centiá l.25.impatient.94 7. compaſuerunt.l ult.inſignes 95.28.
poſt inviſibiles adde tactiles tamen& cōprehenſibiles.l. pen.in-
nectere.96.4.illam l.27. precati.98.30 Behemoth.99,3. Caniba-
les l.13.Armenianorū.100.22 perſpicaces,102.28.importunita-
teq; 103.7.linguiſtis.108,3.dona.109.14.querelæ.110.26,theſau-
rarii,129,15.Coſmoxeni 134,15, ſolitá,142,15,nec,147,23,mi-
ro,149,11, (poſt eſt) adde: nimii,151,l. pen, Maximi, Ibid, Cle-
anthis,152,5,dele,au.157.8.hebeto,163,21.השמים 165,14.les
37410.utriuſq;.l,21,admirari naturā,177,10,fatuū.179.21,impa-
tiētia.183.29.hæc,188.15.nū.192.1.clientibus.196.4.ſucco.198.
23.excitādos.200.1.mētis.l,14.Ac tū.202.l.15,indomita.211,12
tolerentur.219.19,pollicetur,220.8.otiati,l,antep,nō auſa,224
21,mēdicitate,225,25,rerūfaciliū.226.l,20,ferimus,227.29,cō-
fingant.228. 12.proficiant,29.cælitus,229.l.pen,diſpliceo,230
2.videant,l,8.impudens,l,25.coarctatū eſt.234. 11.ſublatis.235
19.poſſet,236.13,roborationē.l,ult,gyaris.237.9.clathris.l,16
quærerēt l 18.auferrēt 239 8.vincire.l.27.detrectaret.242.18.
reliquerāt, 246.12,acedia.l.16.quoquo.247.l.25.extorſerūt. 253.
18 pvocatus,254 22 ædœicis,l.27.occurrerat.255 2 colaphis.257
23.illudit.258 9.ſecuriſſimus.259.l.13. Metoſcopi.l,22.rediére l.
24,tāta.261 20 quē.262 4 participat 263.21.Huttenis.268.6. Mar
nixius l.25.ſordidiſſimus q.ſq; l.30.ſacellis, 272.3.phyſicochym,
273.11.oviū.l.13,monumentorū.l 22.Virtus.274,22.attraherētur
275.l.19,eā.l.ult.Troes.276 l.antep.araretur.277.15.qui ibid.Ce-
torū.279 5.æſtimes.281.3.auctariū auctaria.282 22. eiicit.283 9.
abi,285.18.pelluciditate.286 l.antep.ſucceſſiſſe 290 20 fallimē-
tū.291.4.bubſequa l 17. dicendiq, periti. l.19. nævos.292. l.28,
trina 293 21 juvare.l.pen Inde.296.8. idolorū.l.20.ſancti. l.26.
inviti.297 8 præmiis,l.13.luxū.l.21.beluā. Ibid, pro: Nemo leg.
Nero.l.27.Cineritiā 299 6.ſpectaret l 15.terat.300,27.apricare
tur.301 2.impudēter 30..8 fingeret 306.11. liquet.308 5. tui.l.
10,ſimplicis l.29. admiſero 309 17. alliis.316 l. antep Contem-
nendas.323 24 ulnas 325.7 dele,te l,13.libidinem. 329 3 quem
perſonatus.334 l. antep. conculcatum 336.10. nobili.l, 21. pre-
tium.l.23 nugari.l.ult.pro in leg.id 337 15 qui doceat,l.pen fa-
ciant.339 16 emittimus.340 17 perſuadet 343.29 Notoria.345.
2.unciā 346 5.ſunt l.8.beluinū 347.25 porcelli.l pen.leget post
lin ult. inſere omiſſa: qui Andabatarum more neſciunt quem,
quo,348.l.pen.Cum. 351,23.ſuperciliosos.